



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Lib. I. Vulnera Christi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

FASCICVLVS
MYRRHÆ.

Sive

CONSIDERATIONES
VARIÆ

Super

PLAGAS ET
VULNERA
CHRISTI
D. N.

LIBER PRIMVS.

Authore

Reuerendissimo Patre

P. VINCENTIO CARAFFA,
alias, ALOYSIO SIDEREO,
Societatis Iesu Proposito
Generali.

PEr commissione del Reuerendissimo
P. cold Riccardi, Maestro del sacro Pa-
letto il Fascetto di Mirra, del P. Luigi
della Compagnia di Giesù: e non v' ha
cosa alcuna contraria alla sancta Fede,
costumi. Anzi mi è parso vn Fascetto
sentimenti & affecti delle tre uie, Purga-
minatiua, & Vnitua, contenuti nella let-
tura è Santi Padri; & atti ad illumina-
ammare d'Amor Diuino gli animi de' stu-
tori. Nel collegio Romano 17. Genesio

*Gio. Battista Rossi della
Compagnia di Giesù*

SANCTISSIMÆ
ANGELORUM
IMPERATRICI,
DOLORUM RE-
GINÆ, DEI MATRI,
MARIÆ.

Prostratus coram Te in profundo
codu, & centro nullitatis meae penitus
immersus, offero Tibi, O totius Uni-
uersi Regina, veluti tributum affectus
mei, id, quod, vix potest Tuum, refutare
Ecce Fasciculum Myrrhæ, quem Tu,
salce dolorificâ in collibus Caluaria
aureoq; ardentissimi amoris ligamine stri-
ctissime vinctum chariori pectoris loco recondidisti.
iam consistens in Throno Gloria, non acce-
tam gratamq; habere oblationem earum plagarum,
dolorosa contemplatio si quondam transuer-
erauit animam, eandem nunc mirâ lætitiâ, sum-
mæq; gaudis luminosa adimplet reuerberatio. Cor
idem vnumq; erat cum Carne Christi; nec Fi-
lius vulneribus conficit, & sauciari poterat, quin &
con-

UNIVERSITÄT
PADERBORN



consauciata abiret Mater. Idem nunc est
mune gaudium: & in Plagis iam gloriosa
agnosco & adoro gloriam vulnerum anima
rum igitur plagarum vulnerumque Gloria
consecro presens opusculum, cordis patris
penna partum: simulq; benignissimam Ma
Tuam, per amorem illam, qui Te cum Fili
xit, humillimè rogo & deprecor; ut,
sinceritate animi sequentes lecturus est confid
felicitate consaucietur, consauciatu vna
Fili Tui memoria impressas deferat & Tuas
dolorum Tuorum in presenti vitâ particip
subintret, obtineatq; deindè partem Tu
Gloria in futurâ.





PROOEMIUM.

A Quo iure totus in admiratione
 nem rapitur S. Bonaventura ex
 consideratione cæcitatũ & amen-
 tiaz cordium humanorum. *Deus*
 nobis in naturã vnit humanã, neque tamen nos
 in Diuinã ei vniri volumus. *Deus* nostrã vestitus
 naturã nostris miseris ad mortem vique se subii-
 tit; nos neque vnire naturã Diuinã, neque cum
 vnione de Diuinis perfectionibus & vitã bea-
 ta participare volumus. Cum tamen certum sit,
Deum nullam à nobis perfectionem recipere, sed
 eandem semper, & inmutabilem in seipso per-
 manere, tam nobiscum quàm sine nobis. Homo
 vero non solum perfectionem suam *Deo* debet,
 sed etiam ipsum esse & vitam. Anima quoque,
 vt notat D. Augustinus, quia ad *Deum*, vt imago
 eius, & eiusdem capax creata est, non ex se viuit,
 sed ex *Deo*, de vitã *Dei*, & spiritu *Dei*: *Non de se vi-
 uit, sed de Deo.* Hic expendat Christianus, qua-
 lem futuram existimet animam sine *Deo*:
 vtiq; exanimem, sine vita, cadaver. Quod si hor-
 rorem spectatori ingerit corpus derelictum ab
 anima; spectaculum longè horribilius erit, videre
 animam sine *Deo*. Hinc itaque est malicia &
 caci-

INSTIT
 DERET
 W



cæcitas humani generis: nos ad rem
scendamus. Hoc, iudicio D. Bernardi
in frequenti, affectusque referta vuln
uatoris memoria: quã mediante acc
men fidei in intellectu, ardor charitatis
& roboratur anima ad decurrendam sal
absque vacillatione ad vltimum vsque
terminum. Hic est Myrrhæ Fasciculus
mendatus & practicatus ab ipso Bernar
indè à principio conuersionis suæ: Fas
Passionis & plagarum Saluatoris: Fasciculus
ha inter ybera mea commorabitur. Hic
dilectissimi, tam dilectum fasciculum colle
hunc medullis inserite cordis, hoc munite ad
ris, vt & vobis inter ybera commoretur.

In Cant.
serm. 43.

Vt autem cooperemini tam sancto
offertur vobis hic præsens libellus ceu
collectus ex variis floribus variarum co
tionum ad vulnera Christi pertinentium.

Leuite. 3.
& 6.

In pabulum ignis Diuini amoris. &
perpetuus, nunquam deficiens in altare cordi
rum, quia materia meditationis haud
est, nisi Dominus incrementum dederit: præ
minum, vt illuminet & inflammet corda
intelligentias vestras in Christo Iesu: vt alle
est Fasciculus Myrrhæ per amaritudinem præ
præsenti vita; fiat Botrus Cyprici, continens
vinum iacunditatis & lactis
in futurâ.





AD LECTOREM.

S. Bernardus Tract. de Pass D.N.
cap. 44.

N stat Dominus IEVS REX
tuus expansis manibus, nudo corpore,
manibus simul & pedibus perforatis, ca-
pite inclinato. Confortare nunc, &
eleuare anima mea misera & infirma,
& alii fidei & spei ad hunc Hortum charitatis enitere,
& totum mentis intuitum per varia dispersum in vnum
collige, ac apum sedulitatem imitans ad conficiendum
tibi mel deuotionis ad Paradisum charitatis ascende.
Non est eleuatus in Crucem, vt se difficilem praberet
accedere ad eum volentibus; sed magis vt omnibus pos-
set paratior inueniri. Accedens ergo cum fiducia ad
hunc Paradisum in extensione brachiorum cognosce,
suscipe affectum paratum ad tuos & te ad suos inuitan-
te amplexus, & quasi misericorditer clamantis: Re-
uertere, Reuertere, Sumamitis, vt intueamur te. Intra
ergo Annum, Paradisum omnibus Paradisis meliorem,
nunc quidem solo cogitationis affectu, vt postea animam
& corpore celestem Patriam valeas intrare. Nec bre-
uiter amplexandus est iste Paradisus; sed volandum
per singulos illius flores, & singulorum florum folia sunt
Iugenda: nunc ad dextram, nunc ad sinistram, & in ho-
gullus sanguinis spargentem est accedendum. In ho-

UNIVERSITÄT
PADERBORN

rum contemplatione repetere frequenter: Redde
 tiam salutaris tui, ad instar apis, qua inter
 quendam sonum habet, donec in florem iniret,
 tandem ad cor humillimum altissimi IESU
 am lateris lanceati, ibi thesaurus ineffabilis
 latet, ibi noua deuotio inuenitur, inde lacrimarum
 gratia extrahitur, discitur mansuetudo, pax
 aduersis, compassio in afflictis, & precipue
 rum & humiliatum ibi inuenitur. Ipse IESU
 plexus tuos desiderat, talis ut complectatur
 caput floridum multis spinarum aculeis confectum
 inclinat, ut ad pacis osculum te inuitet. Redde
 & super vulnera mea misericordiam commo-
 ne me talem, qualem vides, ut signaculum super
 um, signaculum in brachio tuo, ut in omnibus
 nibus cordis tui, & operationibus brachii tui
 ter, ut vides, signato similis inueniaris.

Ad eundem.

S. Bernardus ferm. 43. in Cant.

TV, si lapis, imitaberis sponsæ prudentiam
 que hunc Myrrhæ tam charum Falci-
 de principali tui pectoris nec ad horam pu-
 auelli, amara illa omnia, quæ pro te petulenti-
 per in memoria retinens, & assiduâ medita-
 reuoluens, quod possis dicere & tu: Falci-
 Myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera
 mea commorabitur.



De usu & fructu Vulnerum
Christi, testimonium D. Au-
gustini.

ex Manual. cap. 21. & 22.

Vita & firma requies est infir-
mis & peccatoribus in vulneribus Sal-
uatoris securus illis habito patent mi-
hi viscera per vulnera, quidquid ex
me mihi deest, usurpo mihi ex visceri-
bus Domini mei, quoniam misericordie affluunt, nec
desunt foramina, per qua effluant: per foramina corpo-
ri patent mihi arcana cordis: patet magnum pietatis
Sacramentum; patent viscera misericordie Dei nostri,
in quibus visitavit nos oriens ex alto, vulnera JESU
CHRISTI plena pietate, plena dulcedine & charitate;
foderunt manus eius, pedes eius, & latus eius lancea
perforaverunt, per has rimas licet mihi gustare, quam
suavis est Dominus meus, quoniam reuera suavis &
mirus, multa misericordie est omnibus invocantibus
in veritate, omnibus inquirentibus, & maxime dili-
gentibus copiosa redemptio data est nobis in vulneribus
Iesu Christi Salvatoris nostri, magna multitudo dulce-
dinis plenitudo gratiae, & perfectio virtutum. Cum
me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera
aa 5 Christi

UNIVERSITÄT
PADERBORN



Christi; cum me premit caro mea, recordatione
 perum Domini mei resurgo; cum Diabolus
 rat insidias fugio ad viscera misericordie Dei
 & recedit à me; si ardor libidinis mouet
 mea, recordatione vulnerum Domini nostri
 tingitur. In omnibus aduersis aribus non
 effi. ax remedium, quàm vulnera Christi,
 mio securus, & requiesco inrepidus, Christus
 est pro nobis; nihil tam ad mortem amarum
 re Christi non senetur, tota spes mea est in
 mini mei; mors eius meritum meum, refugium
 salus, vita, & resurrectio mea: meritum mihi
 mini, non sum meriti inops, quam diu ille
 num Dominus non defuerit; & si misericordi
 ni multa, multus ego sum in meritis; quan
 rentior est ad saluandum, tanto ego sum secun
 Consideratio Passionis Christi docebitur
 Primò, quàm turpe & malum sit peccatum, qu
 dem tanta patitur Christus, ut illud destruat
 modo poterat Deus maius ac certius sionum
 in peccatum odii, quàm quod ad interimentu
 tirpandum illud in mortem dedit dilecti
 um suum, cumq; maluerit videre in tanta
 emori, quàm peccatum impunitum relinquitur.
 Secundò; Quàm graues sint pœna Inferni
 quidem, ut ab eis eriperemur, perpeti volum
 quendam quasi Infernum, & abyssum pœnarum
 lorum.
 Tertio, Quàm magna sint beneficia, & bon
 & Glorie, quoniam tantum meritum fuit uis
 ad ea obtinenda.
 Quarto, Maxima dignitas hominis & ualor
 quoniam Deus tantum pretium dedit pro illa.
 Quintò, Quàm bonus, clemēs, pius & dulcis

Ex Fulvio Androt. de vitâ &
morte Domini.

Memoria Passionis Domini, quàm sit salutaris, p. 8. in omnes Sancti Patres declarant. D. Augustinus super Ioan. ait: Fratres, ut à peccatis sanemur, Christum Crucifixum intueamur, quomodo qui intueatur serpentem aereum in deserto, non peribant moribus serpentum, sic qui intuentur fide Christi mortem, sanamur à moribus peccatorum.

S. Gregorius ait: nihil adeo graue, quod non equanimiter toleretur, si Passio Christi ad memoriam reuocetur.

S. Bernardus Serm. 43 in Cant. inquit: Hæc meditari dixi sapientiam, in his iustitiæ mihi perfectionem consisti, in his plenitudinem scientiæ, in his diuitias salutis, in his copias meritorum. Hæc me exigunt in aduersis, in prosperis reprimunt, & inter læta tristitiaque vitæ præsentis viâ regiâ incedenti tutum præbent vitæ beatæ ducatum. Propterea hæc mihi in ore frequenter, sicut vos scitis, hæc in corde semper, sicut Deus scit. Hæc stylo meo admodum familiaria, sicut apparet. Hæc mea sublimis Philosophia, scire Iesum, & hunc Crucifixum.

D. Bonauentura in Stimulo Diuini Amoris cap. 1. Huius, ait, Passionis meditatio continua mentem eleuabit, quid agendum, quid meditandum, quid ducendum, & sentiendum sit, indicabit: te demùm ad ardua inflammabit: te vilificari, contemni & affligi faciet: affectus tuos, tam in cogitatione, quàm in locutione, ac etiam operatione regulabit.

CON

CONSIDERATIO I.

VULNERA CHRISTI

Christus
vultus.
Ioan. 2.

Porta Templi.

Ioan. 2. 1. Templum Dei viuum fuit corpus Christi
simum. *Soluite templum hoc, quod dicitur
Christus) de templo corporis sui.* Porta huius
sunt facta vulnera, per hæc ad atrium carnis, per
Sancta animæ, & ad Sancta Sanctorum Diuinitatis
sti peruenitur. Porta gratiosæ & fauorabiles, quæ
per sunt apertæ tempore spiritualis nostri certaminis
nunquam tamen clauduntur tempore pacis.

Apoc. 21. 2. Porta Templi Gloriæ singula sunt ex
garitis candidissimis: & Porta Templi myrica
rubra.

Gen. 28. 1. s. Christi singula constant ex rubicundo
Qui per Portam candidam Cæli in fine scilicet
intrare desiderat, per hanc rubram Passionis
necesse est; esto terribilis appareat, attamen
hanc ad superiorem patet aditus; hanc igitur
viam.

Ioan. 10. 3. Per has portas (inquit Christus) anima
Egredietur, & pascua inueniet. Egredietur
& ingreditur per amorem in Cor Christi, vbi
vera pascua viæ æternæ, pascua Charitatis &
tatis Christi. Audi Augustinum: O Amare, &
perire, ô ad Deum peruenire! ô si quis habere
quo illustratus cognosceret, quam fortunata sit
emptio sibi perire, & ad Deum peruenire! ô amare
ô iter Amoris, iter felix & fortunatum egressum
quis egreditur & discedit à se, vt perueniat ad
ô Anima sancta, vade lætante, & dea
ipsum attinges.



CONSIDERATIO II.

VULNERA JESU.

*Iesus desiderat.**Nubes fecundæ.*

TERRA cordis nostri plantam fructumque bonum producere nequit, Cœli ope destituta. *Fru- Job. 37.*

mentum desiderat nubes. Visum fuit nonnunquam pluisse sanguine: talis semper pluvia est, quæ procedit ex fecundis plagarum Christi nubibus. Fœlix pluvia, quæ Terram pariter & cœlum consolatur. Prodigiosa pluvia, quæ dum irrigatur Terra, germinascunt in cœlo palmæ, & efflorescunt coronæ. Pluvia pretiosa, ad te suspirat arida terra animæ nostræ: Tu sola fitim eius extinguere, tu sola ipsam refocillare & recreare potes: *In stillicidiis tuis latabitur germinans, & tunc benedices corona anni benignitatis tuæ.*

Psal. 64.

1. Verum super omnia frumentum Electorum, patris Angelorum *desiderat nubes.* Nascitur, crescit, conseruatur pluvia huius Sanguinis. O si anima in sacra communionem Diuinum hoc frumentum pluuia istâ abundanter irrigaret, frequenter adquaret, quales in corde nostro poneret radices, quantum cor nostrum cum germine suo sese attolleret ad cœlum, quales fructus produceret?

3. Quisquis ambit & aspirat, ut dicere possit: *Frumentum Christi sum: desiderat nubes.* Non satis est granum esse mortuum, nisi iuuetur foueaturque à pluuia: nec sufficit, frumentum animæ nostræ, propter Amorem Dei sub mortificationis sulco sepultum, esse mortuum, nisi ipsa abluatur impingueturque Sanguine Christi. O substantiam Diuinam, impingua, te rogo, hoc frumentum Christi *ut panis mundum*

inueniat.

CON-

CONSIDERATIO III.

VULNERA VERB

Facunda lingua.

Hebr. 11. 12.

Rupr. lib.

12. de vi-

Hor. Ver. 6.

28. Id. in

Apo. lib. 4.

c. 3.

Beda cap.

24. in Luc,

Cyprian.

serm. de

Bap. Chri-

sti Ioan. 16.

Aug. lib. 2.

de Symb. c.

4.

Nazareus

Virgultum

floridum.

Hebr.

Eccles. 58.

Abel defunctus adhuc loquitur. Melius
Filius Dei, quam filius Adæ: siquidem
cludit, ut apperiat quinque. Hisce quinque
vocibus pari consensu cantat, loquitur & exci-
uator noster. *Vulnera illa referuntur illi ad
nobis ad Gratiam, inimicis ad crudelem conscientiam*
1. Decantat æterno suo Patri laudes & gloriam
illis non quasiuit gloriam suam, sed eius, qui
Patri.

Decantat victorias suas, quia sunt victoria
umphus. Respicite Manus illas & Pedes plagis
neribus signatos, veluti tot appensa vexilla aut
militaria victoriam declamantia.

2. Orat & impetrat pro nobis salutem: siquidem
ca salutis humanae exigit pretium.

Prædicat ad nostram doctrinam & exhortationem
exemplo suo nos ad patientiam inuitando & confortando
do: *Confidite, ego vici Mundum, per hæc vulnera*
quoque, si mei causa sustinueritis dura, vincetis.

3. Exclamabat his linguis in confusionem
in die Iudicii. *Ecce hominem quem crucifixus*
re vulnera, quæ infixistis: agnoscite latro, quod populus

CONSIDERATIO IV.

VULNERA JESU NAZARENI

Rosæ cæli florida.

1. **Q**uasi flos rosarum in diebus vernis. Rosæ palmarum
rimæ tunc Christi vulnera, quarum intuentibus

at, & recreat sensus corporis & animæ. Rosæ odori-
feræ, quæ quò magis memoriâ teruntur & agitantur, eò
odoratiores fiunt, magisque odorem, quem emittunt &
resingunt, confortant. Rosæ medicinales, quarum Di-
vina liquor eunctarum sensualitatem ardore temperat.
Rosæ dulcissima, quæ suavi devotionis exercitio con-
ditæ & permixtæ medicamen conficiunt conservati-
vum, & perfectissimum nutrimentum animæ devotæ.

2. Rosæ nunquam inter spinas suum admittunt de-
orem & pulchritudinem. O quàm pulchræ apparent
Rosæ inter spinas Coronæ, inter spinas clavorum, &
inter spinas Lancæ! Non est, quod quis cogitet ha-
ram Rosarum esse participes, qui spinarum inimicus &
hostis existit, non enim nascuntur alibi. Adeoque ani-
ma devota, esto sit innocentia liliū, inter spinas Pœni-
tentiæ commoretur, necesse est, si hinc Rosis vicinus
hære velit. *Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter* Cant. 2:
spinas.

3. Rosæ abigit Hyemem, & advocat Ver. Ecce hæ
Rosæ Divinæ terminant Hyemem peccati, & adaperi-
unt Ver Gratiæ & Gloriæ: etenim Divinæ Rosæ quid
aliud apportarent nisi Ver Paradisi? Ibi nunquam flo-
rete desinent, ut vitæ æternæ conferant gaudium, & im-
marcescibiles illas coronas, quibus Beatorum cinguntur
tempora, proferant, æternamque salutem & vitam ap-
portent. *Cruore eius roseo gustando, vivimus Deo. Sole Hymnus*
dat quædam devota anima in laudem benedictorum *Eccles.*
vulnerum hæc usurpare orationem: *Gloria sit sanctis. S. Gertrud.*
S. Trinitatis propter rosea illa & rubicundâ vulnera lib. 4. c. 35.
vulnere mei elati Amoris.

CONSIDERATIO V.

VULNERA SALVATORIS.

Fontes vivi.

1. *Aurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Isa. 12.*
2. *S. Bernardus per hos Salvatoris fontes intelligit Serm. de*
quinque Nat. Dom.

quinque vulnera. Primus fons est Misericordius Sapiens; tertius Gratia; quartus Clarus; quintus Gloria & vitæ æternæ. Primi quatuor in hac vitâ; quintus & ultimus per vulnera significatus, datur post mortem. Et ideo Saluator noster manuum & pedum viuis excipere voluit, & Lateris mortuus. Ad postremum hunc fontem rabat Propheta, cū dicebat: *Sitiuit anima mea fontem viuum.* Foret enim exigi momenti, si esset, participem fieri in præsentis vita bonorum, nisi adiungantur illa Gloria. Poteris præterea quæque fontibus quære quinquè gratias explicatas in rationa plagarum: in fonte pedis sinistri petes dolorem tuis peccatis; in fonte pedis dextri deuotionem in re, benationem ad exercitia virtutum; manu sinistra in Diu Inferni; in dextrâ certam spem Gloria; in lateri & perfectam Charitatem Dei.

2. Considera & inquire modum, quo quinquè fontes acceden tum, vt exiis bibas, & quas Diuinæ Gratia. *Haurietis aquas in gaudiis illo, videlicet, perfecto gaudio, quod procedit Fide, Spe certâ & Charitate ardenti.* Crede & ama infinitam Christi potentiam, quæ te saluare: infinitam Bonitatem & Misericordiam, quæ te saluare: infinitam efficaciam sanctissimorum rum, quæ, quantum est de suo, tibi nunc saluantur: & sic bibes ex prædictis fontibus aquas Misericordia, Sapiens, Gratia, Charitatis & Gloria.

3. Veruntamen verum & perfectum gaudium nebitur in altera vita. Tunc verè haurietis aquas in gaudiis, & in pleno gaudio de fontibus, id est, de fontibus Saluatoris. Affluit & in præsentis vitæ gaudium haurietis cum mærore, vt doleatis & conuulsi iisdem sanctissimis vulneribus; aut in altera vitâ dolore, & cum summa consolatione. Quapropter sanctus Edmundus in agone constitutus inter decem sanctissima vulnera dicebat: *Haurietis aquas de fontibus Saluatoris, per quas denique transibitis ad gaudium Angelorum.*

CONSIDERATIO VI.

VULNERA CHRISTI.

Rete Diuini Amoris.

EN ipse est post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Stat Christus post parietem, quia corpore interpolito occultit suam Diuinitatem. Et respicit per fenestras, quia per vulnera prospicit nostras & rumnas, eisq; medetur. Benedictum tunc, benedicta vulnera, quæ dum se nostra peccata interponunt, & Diuinam Iustitiam interponunt, nè illa nos puniat, oblatulo sunt, & mortis sententiam in vitam commutant.

1. *Respicit per fenestras, vel, vt alii legunt, per retia.* **O** Retia Diuini Amoris, quæ attrahitis, & votis illigatis cor Dei, vt ad illud attrahitis corda nostra, vobisque nostras illigatis animas! Quamobrem, cum aperta & extensa fuisset in Cruce, subito homines reuertebantur percurientes pectora sua. *Iisdem Apostoli facti sunt piscatores hominum.*

3. *Respicit per ratia.* Apparet per retia, eminet super retia. Non solum per ea respicit, sed etiam respicit, imò obtutum subterfugit. Apparet per retia, quia patent viscera: & eminet super retia, quia, qui potuit gutta, voluit vnda: & quod satis fuit ad meritam, non satie fuit ad Amorem.

CONSIDERATIO VII.

VULNERA JESU.

Iesus Dominus Salus.

Magnes Cordium.

1. **S**i amoris vis attrahendi inest (*Magnes est Amoris Amor*) magnes, attrahens Amorem, amor est: *Si vis amor*

YSU
EREI
I
V

amari, ama, Sacra vulnera, ceu vini effectus huiusmodi. amoris ministeria hac pollent virtute. Quapropter dicitur vos.

Ioan. 12.

Christus: Cum exaltatus fuero a terra, & Crucifixa omnia traham ad me ipsum, nimirum, virtutes quae meorum cuoctas animas in Funiculis amoretate in Attrahet corda nostra, vt ea inflammet: attrahetque omnia nostra peccata, vt destruat; & rumnas, vt subleuetem; &

2. Cor. 5.

1. Sacra vulnera non attrahunt solum, sed carpunt. Caritas enim Christi urget nos: affumit vulnera quoniam si vnus pro omnibus mortuus est: argumina sunt: vt qui viuunt; tam non sibi viuam mentum quae pro ipsis mortuus est. Uigent, vt vnam salutem. 2. Renera & mors Christi, inquit Apostolus. Et si tempore pro omnibus mortuus est, aequum est, vt omnes terrae perueniantur & Christo. Sibi deficere, & in solo Christo, quae cere. Notate, quod dicit Apostolus: affumit mentem. qui hoc animo bene perpendit, qui hoc corde percipit hoc affumate nouit; is percipit attractionem, rationem & probat violentiam & virtutem illam attractionem. 3. P

S. Anselm.

3. Vim atrahendi sacrorum vulnerum miramur, quod salubrum experiri sunt viri sancti; ita namque illis dicitur, vt nihil aliud cogitarent, aut agnoscerent: bibentis Dominicus totus animo absorbebarum. Ita Christus: atque beatus Aegydius Franciscanus, quoniam nudum paradisi nomen in caestrali ibat, sic & alios. nomen vulnerum.

CONSIDERATIO VIII.

Christus vnctus.

VULNERA CHRISTI

Mamilla Diuina.

1. Christus, seu Mater beneuolentissima dicitur. Quae Ecclesiam suauissimo lacte beneuolentiae vulnerum, congregat animas intra pectus suum, & suo eis blanditur, & solatium exhibet. Hanc

Isa. 66.

minus, ad opera portabimini, & super genua blanda

Quomodo si cui Mater blandiatur, ita ego consolator
 vos. Beatæ illæ animæ, quæ quasi infantes sugentes
 a omnem alium Mundi cibum respuunt, oculos ad
 quæcunque obiecta creata claudunt, & magnâ au-
 in mamillas vulcerum, & inde lac fan-
 Audite hanc D. Bern. tedi inuitatio-
 Si tentationum sentis aculeos, exaltatum in ligno
 sed carpitentem intueri, & suge non tam vulnera, quam
 Non vulnera, sed vulnerum medica-
 non dispositionem mortis, sed ali-
 vitarum vitam.

1. Roga Dominum, vt vbera eius inebrient te in omni
 in amore eius delecheris iugiter: quia me-
 sunt vbera eius vinò consolationum Mundi. Me-
 lo Ceruina, quia durabiliora; non deficiunt, sed semper du-
 mantur. Meliora, quia puriora, absque admixtione a-
 consuetudinis. Meliora, quia intemiora: replent conso-
 ratione, non corpus duntaxat, sed etiam animam.
 Prosequitur Diuinum oraculum: Et in Ierusalem
 Etenim plenitudo gaudii Cœlo promit-
 ubi anime inhiantes semper edunt, & edentes inhi-
 bibent absque tædio, bibent summa cum volupta-
 Illic bibere est ipsum gaudere, lactari & amare,
 rantque semper lactantes, quia semper erunt aman-

104. r.

S. Bern. 6. pist. 351.

Prov. 1.

Cant. 1.

Isa. 66. ubi sup. S. Aug.

V
S
I
T
A
T
I
O
N
E
M
S
E
N
T
I
A
M
I
N
T
E
L
L
I
G
I
T
U
R
A
B
S
Q
U
E
L
U
M
I
N
E
&
M
A
G
I
S
T
E
R
I
O
D
I
V
I
N
O

CONSIDERATIO IX.

VULNERA VERBI.

Syllogismi Amoris.

Tota Summa, & quasi integer Doctrinæ Christianæ
 epilogus hæc solâ comprehenditur sententiâ, ore
 Christi prolata: Qui amat animam suam, perdet eam: & Ioan. 12.
 qui odit animam suam in hoc Mundo, in vitam æternam
 Hæc eni prolata eam. Doctrina, vti vera, ita & carni ac sensui dif-
 ficilis: neque intelligi potest absque lumine & Magiste-
 rio Diuino.

bb 2. 2. Magi-



2. Magister, qui non speculatiuè tantum, sed practicè hanc doce: veritatem, est Amor Dei. Sylogismi, quibus eandem probat & demonstrat vulnera Christi. Hisce namque anima cognoscit, quod amare seipsam est verum odium. eam est verum amare, quodque qui amat vitam hoc Mundo, perdit eam in altero, & qui odit vitam, reperit ipsam in futura. Praxin docent contemplare in Christo, qui, odiendo præferunt tantà coruscans glorià surrexit ad æternam vitam.

3. Antereceptionem Spiritus sancti timebantque Apostoli mortem, fugiebant Tyrannos, venit Diuinus Magister, & docuit eos Myrrhae cic & vulnerum Christi, finem, emolumentum patiendi & moriendi propter amorem. vniud exposuerunt se cunctis persecutionibus & ibant gaudentes ad tormenta & patibula.

Act. Apost.

5.

lib. 3. epist. 3.

Sanctus Franciscus Xaverius iam dudum imbutusque hâc doctrinâ vulnerum Christi, suis pœnis & afflictionibus hâc se consolabatur: *Qui amat animam suam perdet eam, & nostris scribit ex Gōa*) planè se conformare illi.

CONSIDERATIO X.

VULNERA CHRISTI

Diuina Calatura.

2. Petri. 2. 1. **C**hristus (de quo Petrus Apostolus dixit: *Accedentes lapidem viuum ab hominibus constructum, à Deo autem electum & honorificatum, lapidum, angularem, electum preciosum*) ut in petra mentalem cœlestis Ierusalem) statueretur; & sculptendus Diuinâ calaturâ factorum. Ego calabo sculpturam eius, aut, ut alii legunt, *aperitionem eius.* Ego, inquit Pater æternus, per Manibus, Pedibus, & latere Christi calaturatum vulocrum.

Zach. 3.

2. Similem modum illi, qui desiderant tanquam
 qui lapides super aedificari in Christo, petriâ fundamentali I. Pet. 2.
 cœlestis Patriæ; debet esse sculpti & cœlati cœlaturâ
 mortificationum.

Tusionibus, pressuris,

Expulsi lapides,

Sua cooptantur locis,

Per manus artificis. Ut canit Ecclesia.

Hym. Eccl.

Crux itaque nihil aliud est, quam scalpellum, quo scalpitur & perficitur anima: eoque Christus tam se, quam nos expolit. Quare dicitur: Per Passionem consummatus, id est, perfectus. Ideoque decebat, inquit Apollonius, enim, propter quem omnia, & per quem omnia, per passionem consummari. hoc est, perfici & coronari, & per idem medium alios perficere & coronare. Hebr. 12.

3. Templum Salomonis aedificatum fuit de lapidibus 3. Reg. 6.

delati, atque perfectus: sed malleus & securus, & omne ferramentum non sunt audita in domo, cum aedificaretur.

Totus enim labor, & omnis cœlatura extra Templum facta est. Pari ratione in Templo cœlestis Gloria omnes Beati sunt instar lapidum politorum & perfectorum; et instrumenta perfectionis, quæ sunt persecutiones & mortificationes, non ingrediuntur cum Sanctis in cœlum: in vna & sola hac præfenti vitâ sentiuntur. Et vulnera non erit ludus, neque clamor, neque dolor, quia prima Apoc. 21. abierunt.

CONSIDERATIO XI.

VULNERA JESU.

Iesus eleazarus.

Soles Ecclesiæ.

1. Sol, ut docet S. Thomas, est fons splendoris, fornax ardoris, & causa generationis. Non defuit, qui dixit, Solem esse foramen Cœli. Certissima opinio, si accommodetur hisce, ut ita loquar, Solibus, & huius Divini cœli foraminibus. Hi soles luce, quæ non cognoscit occasum collustrant & illuminant intellectum: hi affe-

bb 3

rum

Quum in ardorem Diuinum accendunt: hi in animis, sed di-
stris cunctas generant virtutes.

2. Omnes creaturæ, iuxta eundem S. Doct. 2. Pr.
comparantur ad Deum, sicut radii ad Solem: Quæ iuxta
ut radii, qui procedunt à Sole, eius lucem manifestant ad
imperfectè, eò quod sint diuersæ naturæ: *quæ sunt*
creaturæ laudem & gloriam reddunt Deo Creatori
sed imperfectè, eò quod sint diuersæ conditiones, eas per
guræ Deo inferioris. Ast vulnera Christi, quæ
comparent, eiusque gloriam perfecte manifestant, operati-
ti toridem Soles eiusdem cum Deo naturæ, *velut*
de lumine. Quatuor è manu Dei prodierunt, *scilicet*
pus Naturæ, Gratiæ, Gloriæ, & Unionis Hypostaticæ
Tria priora parca manu Deum manifestant, *scilicet*
radiatorum lumina: vltimum adæquatè Deum manifestat,
quia est lumen de lumine Solis.

3. Qui ad lumen Solis ambulat, non offendit,
quisquis ad lumen horum vulnerum graditur, non
poreft, iudicatq; secundum rerum veritatem, *scilicet*
cundum apparentiam. Quoties dubitaueris, *scilicet*
cum Moyse in tabernaculum, in hæc vulnere, *scilicet*
illuminabit te. O lucidissima vulnera! ô beata
huius Cæli cælorum! ô Diuini Soles! ad quæ
mensum splendorem obscuratus totus remanet
ster materialis Sol: dispellite nostras tenebras, *scilicet*
stra luce illuminare nos, vobis vult nos velim
dios, vt hac ratione nos præsentetis primæ
Solis.

CONSIDERATIO XII.

VULNERA CHRISTI

Hospitium Anima.

S. Bonav. 1. **O** beata Lancea, ac beati Clauis, qui appa-
rim p. l. c. 1. **O** huiusmodi facere meruerunt! q. d. quatuor
inuideo, ô beata Lancea, & beati Clauis, qui
intrate Diuinam illud Carnis Christi Sacramentum
fuisse loco illius Lancea! Exire de Christi la-

in dicitur: *Hac requies mea in saeculum saeculi, quoniam elegi eam.*

1. Proximo amore aperuit sibi latus, ut tibi tribuat loc. cit.
Quo suum: sibi etiam voluit pedes & manus perforari: ut
ad ipsum perveneris, sic tua manus intrent in suas, ac
pedes tui in suos, ut sibi inseparabiliter coniungaris. Ad-
creta igitur, & ab eo te separare noli: priusquam mo-
di tunc pedes, adverte, ubinam positi sint pedes Christi:
thi amantur manus admoveas operi, quibus Christi ma-
nifestas operibus ad mota sint, attende.

2. Obsecro secundum Apost. lum, anima mea, omnia
idem lib. 1.
1. Thess. c. 5.
haec conaris experiri, & si bonum tibi videtur, inde
plus non desistas. Et non dubito, quod si fueris experta,
prater ipsum & eius vulnera, amaritudinem repu-
m m...

CONSIDERATIO XIII.

VULNERA JESU.

Iesus Dom.
Salus.

Mortificatio Vitalis.

Hanc habent proprietatem vulnera Christi, quod
consolentur simul & contristent: quantum con-
sulant corpus, tantum consolantur animam. Secundum Psal. 9.

magnitudinem dolorum meorum in corde meo, consolatio-
es tuae laetificaverunt animam meam. Quamobrem se
mortificare non est admittere & perdere consolationes;
ed mutare consolationes corporis in consolationes anime.

2. Mortificant vulnera Christi praesentia Crucis: vi-
ficant spe praemii. Unde sancta Francisca Romanae duo
apparuerunt Angeli: moestus & tristis vnus simulque
Cruci affixus; alter laetus & festiuus manu gerens pal-
mam: quia Crucis affixum consolatur spes palmae &
coronae.

3. Vulnera Christi quantum mortificant carnem, tantum
vitalificant spiritum. Illis igitur nos mortificemus, ut Apo- 2. Cor. 2.
tolas scribit ad Corinthios: *Semper mortificatione Iesu
in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu manife-
stetur in corporibus nostris.* Multiplicentur igi-
bb 4 cur

YSU
EREI
V

tur plagæ & pœnæ, vt magis reddamur particeps
 tudines Christi: crescat dolor, vt crescat consolatio
 su; sicque veteri homine penitus extincto palam
 Galat. 2. cere cum eodem Apostolo: *Vino autem iam non
 uit verò in me Christus.*

CONSIDERATIO XIV.

Nazarenus
 Custos
 Heb.

VULNERA JESU NAZARENI

Thesauri Ecclesie.

S. Bernard.
 de Pass.

Exer. auag.
 y.

1. **T**hesaurus S. Ecclesie sunt vulnera Christi
 enim conseruantur inestimabilia meriti-
 toris, propter quæ nobis tribuuntur cuncta
 lia dona Gratia & Gloriz. *Et per effusionem
 nie Christum infinitum Ecclesie militanti
 quisuisse.* assentit Leo X. in quadam Bulla.
 rum infinitum, thesaurum incomparabilem,
 nunquam exhauriendum! Vna sola gutta
 si Sanguinis propter Unionem Hypostaticam
 bum sufficientissima est ad redimendos mille

2. Non reperiet vnquam paupertas nostra
 medium, quam vti diuitis thesauri Christi.
ex me mihi deest, inquit D. Augustinus, *in
 visceribus Domini mei, quoniam misericordia
 nec desunt foramina per que effuant.* Per
 sanctissimorum foraminum defluunt ad nos
 gratia, omnes misericordiz, omnes consolatio-
 Vero ante semper in Diuina presentia, & in Di-
 rione, immensa & infinita merita illorum. Vnde
 propter illa Dominus Deus noster nobis commu-
 gratiam, nosque liberat à pœnis Purgatorij, quia
 pter peccata nostra meruimus. Quapropter
 Dei dona sunt effectus & Iustitiz & Misericordiz
 Iustitiz, idcirco vulnerum Christi: Misericordiz
 quia nostrorum meritorum.

3. Insuper in hoc thesauro vulnerum considera su-
per effluentem menturam satisfactionis Beatissimæ
Virginis Deiparæ, orationumque pariter Sanctorum, qui
passionibus suis & martyriis plus satisfacere, quam pro-
pria promeruerunt peccata: *Ad thesauri cumulum* (ita in
Extrauaganti, *Unigenitus*, definitur) *ad miniculum etiam*
præstare merita *B. Virginis & aliorum Sanctorum*. Quod
ipsum reducat in maiorem gloriam vulnerum Christi;
non enim solum pro nobis satisfecerunt; sed etiam no-
bis communicarunt potestatem & virtutem satisfaciendi
pro aliis,

Ex his, quæ dicta, istam in exercitio virtutum facies
reflexionem: cum, nimirum, tentationes inimici superas,
cum Diuinâ adimpleis Gratiâ, cum sanctis in spiri-
tationibus superfluis? agnosce Diuitorum vulnerum
efficaciam, ab illis enim hæc omnia profluunt. Virtus
illius pretiosi Sanguinis in te operatur: quare iustum est
te in quouis loco, & in omni opere esse eorum memorem,
agendo gratias & benedicendo ea in æternû. Matri
quoque sanctissimæ age gratias, quia dum communit
dolori sanctorum vulnerum, cum illa ob inexplicabilem
suam puritatem non indigeat eorum lauacro, tibi etiam
impertit eius effectum. Et eodem modo tecum facient
alii Sancti, qui adimpleuerunt, quod deerat passionum
Christi in carne sua, pro corpore eius, quod est Ecclesia. *Coloss. 1.*

CONSIDERATIO XV.

VULNERA CHRISTI.

Fundamenta cælestis Ierusalem.

Fundamenta ciuitatis debent esse proportionata
ædificio. Habitaculum cæleste in sua altitudine
engitur ad visionem vsque Dei: profundè igitur iacen-
da sunt fundamenta eius vsque ad Humilitatem Christi.
Humilitas Passionis meritum est gloria Resurrectionis. *S. Aug. in*
IOAN. TRACT.
2. Hæc fundamenti ratio specialiter Christo com-
petit propter sanctissima vulnera. Ideòque verba illa
104.
bb 5 Isaia

Y S I I
E R E I
I
V

Isa. 40. *Isaia* in omnibus meis descripsi te) alio modo legimus
Ex Heb. alius: fundamentalem tui constitutionem in manu
 ratus sum. Juxta metam & terminum Gloriam
 & disposui in manibus meis fundamenta vulnerum
 profundam abyssum, quæ nos extollit elevat. E
 sublimitatem cœlestis Gloriam!

3. Verùm discrepat hoc fundamentum ab aliis
 mentis ædificiorum materialium: quia hæc
 totum ædificium, neque terra, quæ exiade efficitur
 feruit muris exstruendis: at fundamentum hinc
Ephef. 2. necum crescit in Templum sanctum, in habitaculum
 in Spiritu sancto. Totum id, quod necessarium
 construenda & erigenda templa spiritualis nobis in
 fectionis, eruitur ex fundamento vulnerum Christi.

CONSIDERATIO XVI.

VULNERA JESU NAZ
RENI

Flores aeternæ Gloria.

Cant. 2.

S. Bernard. *in Cant.* *serm. 33.*
 Iam hyems transit, imber abiit &
 Transiit hyems infidelitatis & inimicitiae
 quia in terra virginea Humanitatis pullularunt
 vulnerum. Flores rubentes & ardentes: rubent
 guine Passione, & ardentes igne Charitatis. In
 rubescunt, ardescunt in Charitate. Flores, qui
 spinas ardent, & non consumuntur: ut spinæ
 dis nostri feliciter quoque ardeat, & ardendo
 cetur, sed omnigenarum virtutum floribus
 scar:

2. Inter deliquia amoris anima Deo

odolores flores suspirat: *Fulcite me floribus, quia amore*
in me languos. Vulnera Christi Nazareni sunt flores semper *Cant. 2.*
 gloria operi, qui nunquam languescunt, sed semper lan-
 vulnere nostri medentur. *Verè languores nostros ipse tu-* *Isa. 53.*
 et eleuat. Et viani flores Mundi referunt odorem mortis:
Odor mortis in mortem) ibi cœlestes flores Christi re- *2. Cor. 2.*
 erunt veram salutem & vitam: *Odor vitæ in vitam.*

3. Si vulnera & afflictiones nostræ Flores sunt bo- *S. Gregor.*
 le effluuium, quæ expectamus, & propter fructum florem *Nazianz.*
 im huiusmodi decerpimus; quanto magis vulnera & dolores
 bitantur Christi sunt flores vitæ aternæ, & propter fructum,
 ellaniam ex illis speramus chari & grati nobis sint flores
 is nostræ in eorundem fragrantia & odore viuamus, oportet
 m Chriet.

CONSIDERATIO
 XVII.

VULNERA VERBI.

Signacula seu Sigilla cordis.

Ponens, ut signaculum super cor tuum, ut signa-
 culum super brachium tuum. Vult hic cœlestis
 Amasus, ut signacula vulnerum suorum imprimantur
 cordi nostro: vnde necesse est, permittamus illud
 mollescere calore charitatis Dei, ut sic in se Diuinam
 hanc recipiat impressionem. Tunc verò cor illam re-
 cepisse cognoscemus, quando videbimus sauciatum
 brachium: siquidem, quod Amor impressit cordi in
 opere celare non potest.

2. Quando Christus Dominus noster ser- *Cant. 2.*
 pum suum franciscum impressione suorum stigma-
 tum in manibus, pedibus, & latere decorauit, apparuit in
 effigie Crucifixi à Seraphino circumcincti (*Seraphim*
Crucifixus apparuit) hac nos imagine erudiens, quod a-
 mor Seraphicus nos disponat ad participandū beneficia
 Crucif.

Crucifixi. Et Christi famulus S. Franciscus, in
 dio Amoris Diuini in Seraphinum immutatus
 ctus est dignus, qui per communicationem
 vulnerum esset alter Crucifixus.

3. Vulnere Christi saeva & crudelia fuerunt
 signacula seu sigilla, imprimunt in uero modo
 est sinistrum, sic dextrum, amarum sit dulce,
 benignum, mors conuertitur in vitam.
 corda saxea vulnerantia, & mentes congelan-
 mantia, & pectora adamantina liquefacientia
 re! Vita, dulcedo, & spes nostra! O vulnera
 sitis Verbi Diuini, non potestis non esse corda
 nite, sigillate, & sauciate cor meum tali modo,
 pore appareant vulnera pœnitentiæ, & in am-
 ra Amoris.

S. Bonau.
 Stim. c. 1.

Sancta Mater, istud agas,
 Crucifixi fige plagas
 Corde meo validè.

CONSIDERATIO XVIII.

Christus
 unctus.]

VULNERA CHRISTI

Arma mystica.

1. Reg. 17.

DAuid præliaturus aduersus Goliathum
 que limpidissimos lapides de torrente, & cum
 peram pastoralem, quem habebat secum; & cum
 pinquasset Philistæo, misit manum suam in petram
 que unum lapidem, & fundâ iecit, & circumducens
 cussit Philistæum in fronte. Cumque prælia
 gladium haberet in manu, arrepto Philistæi
 præcidit caput eius. Hi quinque lapides
 quinque Christi vulnera, quæ primum in petra
 riæ incessanter diligenterque seruanda sunt.
 fundâ intellectus attentè & perspicillatè capere
 consideranda (& circumducens) intellectus con-
 tione seu meditatione vndequaque ea circumducens
 in cœlum, in terras, in Infernum, vbi unque est

scus, ut
utatur
iocem
fuerit
modo
Julie
m.
gelan
cien
alio
e cor
noho
in am

ius eius invenimus. Tertiò in tentationibus oppo-
senda sunt inimicis nostris, ut de iis certam reporte-
mus victoriam.

2. Primis quateor lapidibus inscripta erant nomina *PhiloHebr.*
quatuor Patriarcharum, Abrahamæ, Isaac, Iacobi & Moy-
sis. Quatuor quoque corruit Philistæus, insignis erat no-
mine Iolue figurâ & symbolo sanctissimi nominis JE-
SU; ad indicandum, quod non per legis scripturæ virtu-
tem, sed per gratiam Evangelii, per merita Christi eius-
que vulnerum devictus & eliminatus sit dæmoni. Præ-
terea, qui que lapides eligit David, vno obtinuit victo-
riam, suffragante fundâ & manu. Nec vulnera Christi
admiranda credamus, nisi cooperemur masibus nostris.

3. Revertenti David cum victoria & triumpho, in-
ocutus venerunt mulieres de vibibus Israël *cantantes*
choro, ducentes in tympanis læta, & in sistris. Anima *1. Reg. 18.*
quoque cum ab hac vita abierit, onusta spoliis & tro-
phæis, habebit cæli ciues, Paradisi incolas, obuios, can-
tantes in citharis heroica eius facinora.

VIII.
RIST

CONSIDERATIO XIX.

VULNERA DEI.

Gaudium Hominis.

hum
& m
& c
in p
reum
mei
ides
in p
unt
exp
tus
com
que

1. Materia veri gaudii sunt vulnera Christi, nobis per
imitationem applicata. *Nemo mihi molestus Gal. 6.*
sit, clamabat Apostolus; nemo sit, qui me turbet, aut
meum impediat consolationem, quia *Stigmata Domini loc. cit.*
mei in corpore meo porto mediantibus flagellis, mortifica-
tionibus & afflictionibus perpeffis, & supportatis amore
eiusdem Christi.

2. Ad eandem lætitiâ nos inuitat S. Petrus Aposto-
lus, cum ait: *Charissimi communicantes Christi passioni. 1. Pet. 4.*
huiusmodi gaudeo. Gaudete, cum in partem vulnerum Chri-
sti venitis, ut in reuelatione gloria eius gaudeatis exultan-
tes, cum, scilicet, cum tempore extremi iudicii Christus
in gloria Diuinitatis suæ apparuerit. Subnectit cau-
sam:

lam: Quoniam quod est honoris, gloria, & virtus
& qui est eius spiritus, super vos requisit. Per
mirum, participationem digni facti estis omni

Serm. 1. fol.
178:

3. Duo sunt genera lætitiæ in Spiritu sancto
dum Diuum Bernardum: de malorum præsentium
rancia, & de memoria futurorum bonorum. Du
lætemur in vulneribus Christi dolorosis: de
iisdem gloriofis. In hunc sensum explicat S. Bern
verba Apostoli: Gaudete in Domino semper, non
gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus
minus enim prope est. Modestia est patientia in actu
Dominus prope est in Gloria.

CONSIDERATIO XX.

VULNERA CHRISTI

Prætiolosa Moneta.

S. August. 1. **E** Rigat se humana fragilitas, non desperet, non
apud Blos. non ibi ero. Confidat in prætiolosa moneta
fol. 617. nis horum vulnerum. Si pretium Gloriæ est
no, infinitus est & valor pretii.

2. Sacros. nctæ monetæ, à furore & ab amore
Zach. c. 13. rata: cula a furore, & ab amore impreisa.
tus sum in domo eorum, qui diligebant me. Qu
lius eas cudit furor humanus, eò melius impreisa
Diuinus.

2. Verum vbi exponitur hæc moneta? Super
Cant. 7. tem Caluarie in officina Crucis: Ascendam, &
hendam fructus eius. Huic Monti Pietatis
sus est iste fructus, & in eodem depositus, quem
ingratitude humana & Charitas Diuina. Cap
re, quâ syngrapha redimatur hoc pretium? ob
Rom. 8. passionis & tribulationis. Heredes quidem Dei
autem Christi. Si tamen compatimur, et
& conglorificemur.

CONSIDERATIO XXI.

VULNERA JESU.

Iesus Domi
Salus.

Medicina caelestis.

1. Filius Dei altissimi iuberetur occidi, ait D Bernardus, ut S. Bern.
vulneribus meis, id est peccatis, pretioso sui Sanguinis serm. 3. de
salutem medeatur. Unde subiungit idem: Agnosce, o ho- Nat. Dom.
mo, quam graua sunt vulnera, pro quibus necesse est bo-
num Christum vulnerari.

2. Anima diuersis in partibus, variisque modis per S. Tho. 2. 2.
peccatum sauciata & vulnerata remansit: Intellectus 2. 87.
ignorantiâ, Voluntas malitiâ, Appetitus concupiscibilis
concupiscentiâ, debilitate Irascibilis. Vulnera Chri-
sticiu pharmaca caelestia medentur his omnibus plagis:
Intellectum sanant fide; Voluntatem Charitate, Appe-
titum concupiscibilem temperantia, Irascibilem conti-
nentia & fortitudine.

3. Medicina est amara, ferrum & ignis lædunt & af-
figunt; & tamen appetuntur propter dulcedinem ima-
ginate salutis ad prorogandam miseram vitam proficue,
vtilisque. Ast vulnera Christi, quia totum, quod dis-
plicet & nocet, reliquerunt in membris Diuini illius
Medici, virtutem exindè contraxere cunctas sanandi in-
firmities, vt perfectam in æterna vita conferant salu-
tatem.

CONSIDERATIO XXII.

VULNERA CHRISTI.

Fornax Charitatis.

1. IN vulneribus suis, tanquam in fornace amore
ardente

VULNERA
CHRISTI

ardente temperat sagittas suas & tela amomus Amor. O Amor amans, Amor amatus.
 Gen. 21. De quo optimè affirmari potest: *Factus est Iacob sagittarius.* O sagittarie, & Jaculator cordium vulneribus: & ut tibi sterneret viam ad cor cunctiasti tuum, sed ferro: esto sine dolore, non amore.

2. Dolor & Amor in fornacibus ardentibus temperamento sacra temperant tela & iacob lorudat ferrum, cuspidem acuit Amor. O Amor, *qua transfixa est vulnere Amoris: mala salus, quæ huius vulneris nescit.*

S. Greg. in
Ezech.

Hom. 33.

Jerem. 51.

3. Qui est laesus & vulneratus in corpore, in tempore: *In omni tempore mugiet vulneratus.* Innuus dolor ad se attrahit cogitatum, ita, ut aliter cogitare possit. Qui in corde sauciauit est Dominus: in ris cuspide, non sine dolore est, at interiori vulneri deo percussus; nec quicquam aliud animo veritatis suum bonum: & ibi eligit vivere, ubi sapienter viure.

CONSIDERATIO XXIII

VULNERA VERBI

Effugium in Iudicio.

1. Vulnera Christi in tremendo Iudicio erunt eadem linguæ fulminatrices. Surgent contra Christum, & ostensis suis vulneribus peccatores compellabit vocibus: *Ecce hominem quem Christus videtis vulnera, quæ infixistis: agnoscentis transfixistis: quoniam per vos & propter vos agnoscite tamen intrare voluistis.*

S. Aug. l. de
Symbol.

2. Quantam in malis & impiis erubescant fusionem generabunt vulnera Christi; tantam salutem consolationem & lætitiâ Iustis afferent. *Quem confixerunt suis peccatores scelerati, afficient, quem dilexerunt ex toto corde Iusti.*

in vulneribus Christi reperient effugium & robur : & Christus pro eis respondendo dicit: Verum est eos peccasse; sed in oppositum etiam est, quod, quia superauerunt in his vulneribus, & quia pro suis delictis meam obtulerunt Passionem, seque regali Sanguinis mei purpuram vestuerunt; digni facti sunt, qui in caelestem introirent Gloriam.

3. Sanctam Mechtildem, in visu captam in Iudicium, accusarunt Angeli sancti, & creaturae omnes: Seraphini ob teporem in amando; Cherubini ob exilitatem scientiae: Throni incusabant defectum pacis: Apostoli exigam doctrinae suae per totum Mundum promulgatae curam: Martyres in fortitudine pusillam magnanimitatem: Beata Virgo in fidelitate erga Filium suum integritatem: creaturae omnes in usu sui abusum. Inter haec Christus Dominus ad Mechtildem conuersus iussit eam esse bono animo, & intentata crimina diluit. Ex quo illa animosior facta talem ac tantum Aduocatum in brachia sumpsit, offerens eius vulnera, & inde manantem Sanguinem cum meritis Passionis pro suis defectibus, & quidem humilitatem pro sua superbia, charitatem pro sua tepiditate. Hac itaque oblatione satisfecit Iudici, & Iudicii poenas declinauit.

S. Mechtild.
lib. 2. c. 22.

CONSIDERATIO XXIV.

VULNERA JESU.

Fodina Gratia.

1. ERAT Diuinitas Christi fodina gratiarum abundanti-
ssima; sed incognita. *Thesaurus inuisus*, aut
non comparans, *qua utilis in illo?* Comparat tandem
Humanitas Saluatoris, manifestat se, aperitque sacras
fodinas vulnerum, (fodinas inexhaustas: cuncti ex illis
effodiant, & cuncti plenas semper reperiunt) *de pleni- loan. I.*
itudinis enim nos omnes accepimus.

2. Artem in his fodinis laborandi, modumque effo-
dendi nos docet S. Hieronymus, *proiciendo terram,*
sc hoc

hoc est, renunciando, omnibus terrenis affectibus
 si non putatur iuutilis labor, qui in terrenis laboribus
 nas impenditur, quamuis inde nihil præter terrenam
 tur: quanto potiori iure nostros sudores fudit
 bunt hæ fodinæ spirituales, ex quibus proteruntur
 Gloria, Deus ipse Bonum increatum & infinitum
 niuntur?

3. Necessè est nos, instruente Apostolo in
 1. Cor. 3. *stræ edificare aurum, argentum, lapides pretiosos*
 S. Thom. *plum, quod extruximus, sit dignum Spiritu*
 Porro aurum illud charitatis, & argentum
 nec non lapides pretiosi virtutum reperuntur
 nis vulnerum Christi. Thesauizate vobis
 ex fodinis vulnerum Christi, qui vulgatur
 pientia pro virga directiua virtutum, ibi illud
 mundum, nullis terrenis rebus permixtum,
 psal. 11. *ictu probatum: probatum terra, purgatum*
 ibi copiosissima & inamissibiles inueniuntur
 gloria & vita. O fodinæ Mundi auaræ, &
 tia, quæ vanam apportant gloriam, vitamque
 & laboriosam. Ecce hæc fodinæ Diuinas, &
 ræ eruuntur Diuinitæ, quæ cœlestem Gloriam,
 vitam conferunt.

CONSIDERATIO XXV.

VULNERA CHRISTI

Mensura veri Gaudii.

1. Petr. 4.
 Tertull.

1. **M**ensura gaudii in vita spirituali capi debet
 municatione & participatione vulnerum
 Cōmunicantes Christi passionibus, gaudere, inquit
 quod Tertullianus his verbis expendit: *secundum*
communicatis, quasi dicat, tantum gaudete, quod
 participatis de cruce & vulneribus Christi, ne
 mensuram gaudii supra mensuram passionum
 2. Mensura passionum commensurari debet

parum. Vocavit nos, inquit Apostolus, in aeternam gloriam suam modicum passos. Si compatimur, conregnabimus. Et dicit, modicum, quia non sunt condigna passiones. 2. Petr. 56. cuius temporis ad futuram gloriam, qua revelabitur in nobis. Itaque si desideras mensuram bonam, & conferam, Luc. 6. & coagitatam Gloriam, magno animo capesse superabundantem mensuram Crucis.

3. In sacra Scriptura dies festivus vocatur dies afflictionis. Mira festivitas, inquit Origenes, dies festus vocatur afflictio animae. Vide ergo: si vis, ut lateatur Deus super te, afflige animam tuam, & humilia eam. Haec ob causam sancti Martyris ad poenas & tormenta velut ad epulas & festa conuolabant. De sanctis Martyribus Marco & Marcelliano legitur, quod, cum eis Tyrannus diceret: Respice miseri, & vos ipsos ab his cruciatibus eripite; respondebant: Nunquam tam iucunde epulati sumus, quam cum libenter poenas IESU Christi causam perferimus.

CONSIDERATIO XXVI.

VULNERA VERBI.

Cifra mystica.

Nemo scit, nisi qui accipit. Sacrosancta vulnera ceu cifra mystica continent sub sacro velamine Mysterium absconditum ab Origine Mundi. Nullus est intellectus creatus, qui ex se capere possit, quam ratione honor sit in contemptu, gaudium sit in dolore, sac vera vita in sola morte reperiat.

2. Benedictus sit sanctus Amor. Mysticas aperit cifras appositam benevolam contracifram. Nemo scit plagam doloris, nisi qui accipit illam amoris; intelliges, quando amabis. Non est hic amor terrenus, qui obcecat, sed est ignis Divinus, qui illuminant.

3. Haec est ratio, cur Apostoli, quando ante adventum Spiritus S. coram eis instituebatur sermo de Passione & futura Christi crucifixione; Verbum hoc ignorabant, Luc. 9. & erat velatum ante eos; at in die Penthecostes, recipi-

ec 2

endo

endo sacram charitatis Cifram, intellexerunt
Crucis, cognouerunt virtutem vulnerum:
Galat. 6. gloriari volebant, nisi in Cruce Domini nostri Iesu

CONSIDERATIO XXVII

VULNERA JESU

Nidus Diuini Amoris.

Iesus ele-
uatus.


1. Ascendens Christus in arborem Crucis, in
ramis suis nidos beneuolentissimos vuln-
erum, si

Matth. 15. volucres caeli (animæ à terra subleuata) conuolant
bitarent in ramis eius. Nidi beati, mansueti-
factæ in vsum non terræ animalium, sed volu-
erum, loc

Psal. 54. Alæ sancti Amoris, cor meum pennis intravit
ad charos & natiuos nidos, & requiescam.

2. Qui facit progressum in amore Christi,
Ierem. 48. columba nidificans in summo ore foraminis lateris
Guil Paris. vbi inflat Salamandræ cœlestis, eibus ei ignis
de Morib. amore, pascitur amore. Postula commutatio
Ecles. dium, dicendo: Iesu, prebe mihi cor tuum. Cor me
aprius meo pectori, quàm tuo, competere co-
in me foret, amaret te, vt potè, amore dignissim-
verò est: in te, amat me dignissimum odio.

3. Viues quasi columba, non seducta, sed
Ose. 7. habens cor, Viues priuatus corde proprio, ad
no & terreno: animatus Corde Christi, corde
cœlesti. Fœlix commutatio, fortunata sol-
tamen aduerte, cor, quod accipis, esse cor
quod vulneribus respirat, ad vulnera al-
vt ad vitam similem vulnerum &
crucis te adaptes.



CONSIDERATIO XXVIII.

VULNERA CHRISTI.

Pensum solius Amoris.

1. Inestimabilis adeo beneficii ergo, quale est hoc vul-
nerum, nullam aliam, nisi Amoris compensationem
Christus a nobis exigit. Vulnera benevola, vulnera be-
nedicta, solius nostri Amoris auida, pensum nostrum &
solutionem debitam iuste exigentia! *Amemus Amo-
rem, solumque debitum. Amemus Amorem nos ab omni
aeternitate amantes. Christus, qui ex natura sua Amor
est, loco peccati sive solutionis nil aliud, nisi Amorem, po-
tius, non nisi amore oblectatur.*

2. Cor humanum ipso etiam silice durius, ut molle-
scas, quis facies? Nul la vi ferri emolliri, nulla ignis vio-
lentia calefieri potes. Agnosco, Domine, unicum so-
lum medium, idque efficacissimum. Vulnera tua unam
solam guttam Sanguinis cordi meo intillent: accipe
cor meum adamantis instar induratum, quod non nisi
Sanguine tuo domari potest, illudque sanguineo lateris
vulnere annecte. O me beatum, si tangeretur, tingeturq;
solâ Sanguinis illius guttula! *unam petii à Domino, Psal. 16.
unam stillam solam, & dives sum satis, nec aliud quid-
quam ultra posco.*

3. Sancta Mechildis quadam vice ex corde Dei con- *S. Mech: il.
spexit produntem virginem aliquam aspectu pulcher- lib. 3. c. 15.
rimam, manu gestantem adamantem, quò continuò
nulla morâ interpositâ per apertum latus tangebatur cor
Christi, illudque Sanguine eius madefaciebat. Petiit
Sancta, quænam esset illa Virgo, quidque adamas iste si-
gnificaret. Responsum fuit, Virginem illam esse Cha-
ritatem Dei: lapidem illum esse cor peccatoris durum
instar adamantis. *Et sicut adamas absq; sanguine scindi
non potest; sic & Adâ culpa sine humilitate & Sanguine
Christi dissolui non poterat. Expetiscite peccator, &
tan-**

randem aliquando è desperationis barathro
 Confide. & spera in misericordia Dei. Ecce cor
 in Manibus Dei, vt illud coniungant cordi Christi
 Sanguine lateris eius humectent: vnâ illius Sa
 stillâ, non veluti scintillâ, sed tanquam ardente
 accenderis in amorem Diuinum, vt sic tributa
 bitum charitatis, quod debes vulneribus Christi.

CONSIDERATIO XXIX.

VULNERA CREATOR

Admiratio Creaturae.

Quod se in Martyrum resuscitatis corporibus
 parebunt gloriosæ cicatrices, quia fuerunt
 ra propter amorem Christi perpassi; quanto magis
 Saluatoris vulnera cum admiratione omnium
 vndique repleta & conulescentia apparebunt &
 hominis, qui & simul Deus erat, fuere vulnera
 Deum supprata. *Vulnera, quæ permanserunt in
 corpore Christi (vt docet Angelicus) non perierunt
 ruptionem, vel defectum; sed ad maiorem conuul
 ria. In omnibus membris Corporis Christi
 dor Gloriæ, statui glorioso veri & naturali
 conueniens & proportionatus: at in loco
 (subiungit idem S. Doctor) in foraminibus
 quidam specialis decor apparebat & pulchritudo
 dinaria. Considera, quâ ratione in foramine
 num & pedum vnica sibi & coniuuata erant
 seculi, & arteria, quæ continebant Sanguinem
 ro distincta erat, & vacuitas illa replebatur
 Gloriæ, splendore, & certâ quâdam qualitate
 quæ vulnera illa reddebat valè spectabilia, sum
 bilia & desiderabilia.*

Specul. Cuidam animæ pulchritudine creaturarum
Exempl. illaqueatæ apparuit Christus Dominus nosse
 secum asportans sanctissima, pulcherrima, &

...nt, ac si recenter aperta fuissent. Et tale fuit lumen, quod emicuit è vulneribus illis, talis decor & pulchritudo, quam in plagis illis conspexit; ut subitò Christi amore capta, liberata verò fuerit ab amore Creaturarum. Sancta Theresia, visà unicà ducebat Christi manu vulnere in medio insignitâ, ad eò mansit ac tonita, & absorpta ab huius plagæ pulchritudine, lumine & splendore; ut deinceps omnium creaturarum abhorruerit amorem, & tota exarserit in amorem Creatoris.

2. In victorioso & triumphali illo ingressu, quem fecit Christus, in Capitolium cœli, id, quod maxime in admirationem rapuit Angelos, fuit mirabilis splendor, Divina pulchritudo, immensa gloria, quæ è Christi vulneribus radiabat. *Quis est iste, qui venit de Edom in vestibus cruentatis, qui tunc apparuit quatuordecim tribu, ut exponit Hugo. Et S. Augustinus*

Isa. 63.

Serm. 5 de Ascens. S. Hieron. in cit. loc.

Viderunt Cœlestes cuncti speciosum Vulneribus Christum; & Sanctus Hieronymus: Interrogant Angeli: quare in cruentatis vestibus? Respondit Christus: Ego, qui loquor in sanguine, & propugnator sum ad salvandum. Ego, Ego sum, qui hinc medianibus plagis latroci Divinæ iustitiæ, salvando genus humanum, & prostrando inimicos eius, Mundum, Dæmonem & Carcerem. Et hæc voces Angeli in cœlo decantârunt victoriam, Christo applaudentes & acclamantes: Vinat Christus Rex nobis, profundâque reverentiâ & humilitate victoriosa adorârunt vulnere.

I/a.

Blossus explan. Pass.

Optimè dicit quidam Auctor, post Divinitatem non relucere, nec videri in paradiso pulchritudinem maiorem eâ, quàm exhibent vulnera Christi. Hac quinque vulnera sanctissima pius pulchritudinis, decoris & claritatis toti cœlesti Curie conferunt, quàm omnia alia, quæ in vita perenni exceptâ Divinitate habentur. Et idem subiungit: Proinde quàm desiderandum, ita prorsus excellentissima Christi vulnera in admirationem abisse.

1. Christus, ut triumpharet in cœlis, venit de Edom, id est, de Rubro, de Sanguine, de Passione. Vulneribus vincit, vulneribus triumphat. Et eadem via procedere debent Christi imitatores, crines primo Sanguine madefacientes, ut deinde imperiali coronati.

UNIVERSITÄT
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VULNERA SALVATORIS

Victoria de nostris inimicis.

1. Efficacissimum contra omnes tentationes
In Manual. **E**um est memoria vulnerum Christi. *6.22.*
aduersariis, inquit S. Augustinus, non inueni-
 ficax remedium, quam vulnera Christi. In
 securus, & requiesco intrepidus. Istic tanquam
 fortissima & securissima tutissimum anima re-
 uersus omnes inimici resuitus reperiet.

Vincit anima (ait idem S. Doctor) intran-
 rim, nempe, in Humanitatem Christi per
 vulnera, velut totidem portas. Ingressus
 turrim recordando Christum, & cogitando quomodo
 quid prior ille passus est, & ad hunc finem, ut
 & resurgeret. Et talem tu finem spera, qualem in
 sit. Et securus, in hac turri habitabis tali modo
 quam te ad illam turrim diabolica iacula ferunt
 ubi stabis munitus & fixus. In praxi itaque
 tentatum aut afflictum senseris, mox ad Chri-
 nera recurre, cogitando, quomodo Christus
 sit prior te, plus te, & pure propter te; propter
 licet, peccata, & non sua, & dicet cum sancto

Luc. 23. Nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, &
 nihil mali fecit.

2. Usque adeo efficax est hæc memoria
 Christi, ut non solum nos victores pro Christo
Ad Coloss. cum Christo faciat. *Exspoliatis,* inquit Apostolus
 cipatus & potestates triumphauit in semetipso.
S. Thom. mas cum aliis legit: Exuens se carne, id est, mortem
 exemplauit in seipso. Siquidem ipsius triumphum
 nobis nostri exemplum, & hoc est triumphare
 do. Triumphauit Christus, & occidit inimicos
 morti tradendo: & illi ipsi clauis, inquit Leo Papa
 transfixerunt manus & pedes Christi, transfixerunt

XX. Titm. Clavi, qui manu Domini pedesq; transfixerunt, per-
 TO. puerum Diabolum fixere vulneribus: sic suam Christo cōsum-
 W. mane vitam, ut in ipso omnes, qui in eum crederet, tri-
 tion. umpharent. Ab hoc exemplo discimus superare nostros
 Je. inimicos, quia instrumentum, quo nos Dæmon subiug-
 o inat. gat, est caro nostra, nostraque inordinata passiones.
 In vulnibus Christi continentur antidota virtu-
 tum, vitis & peccatis opposita. In vulneribus Saluatoris,
 inquit Augustinus, est multitudo dulcedinis, plenitudo
 gratiæ & perfectio virtutum. Illic Diuinam obsecra
 Maestatem, ut sua humilitate tuam superbiam vincat,
 teque verè humiliem efficiat; suâ obedientiâ superet tu-
 am inobedientiam, & verâ te obedientiâ decoret; pa-
 tientiâ suâ extinguat tuam impatientiam, & te verâ pa-
 tientiam honoret; charitate sua abluat tuam iniquitatem,
 & te verâ charitate insigniat; denique sua perseverantia
 elidat tuam inconstantiam, teque in sancto suo timore
 & amore stabilem faciat, corocet perseverantiam, quam
 mors tumulo, aut verius cælo inferat. Humanitas
 Christi cœ instrumentum Diuinitati coniunctum est
 causa vniuersalis omnis gratiæ & perfectionis; ad hunc
 autem vel illum effectum determinatur particulari con-
 ditione: ita vt quâ humilis, sit causâ tuæ humilitatis;
 quâ obediens, tuæ obedientiæ: quemadmodum quâ
 vulneratus & crucifixus, medio sanguine & sti-
 gmate, est causâ remissionis tuorum
 peccatorum.

S. Leo Papa
 serm. 10. de
 Pass.

VSTI
 ERRI
 T
 V



CONSIDERATIO XXXI.


VULNERA CREATORUM

Centrum Creatura.

s. Aug. lib. 1. Conf. c. 1. **D**Eus est centrum animæ nostræ: *Inquietum nostrum, donec requiescat in te.* Sed ubi quiescimus? magnus est Deus, & magnitudo eius non est finis, immensus est, & immensitas nullus datur terminus: quò igitur ibimus? quomodo, ut Deum inueniamus, & non oberremus illa immensitate? Ediscamus hunc locum à Domino, qui postquam in calum quæsiuisset Deum, tandem in ipso Deo reperit hunc locum suæ cum dixit: *Vbi iusta quis, nisi in vulnere*

Joan. 12. 2. Centrum habet virtutem attractiuam, & Christi attrahunt: *Cum exaltatus fuero in Crucem omnia ad meipsum per vulnera.* Trahit vulnera sacratissima, ut in vobis quiescam, vultus vero cordis mei.

s. Me. bild 3. Inter documenta sanctæ Mechthildis à Christo data, fuit non postremum, ut in vulneribus suam quam in centro vel portu securissimo conquiescere desideria quidem vulneribus pedum crederet, porrò manui dextræ istius purificanda; afflictionem mitteret manui sinistrae istius veluti in oleo melleo condiendas & temperandas; in latere denique precoriam eius collocaret amorem; ut sic, inquit Christus, *unum cum corde meo in vnum ita coalescat, sicut ferrum cum igne, quo fulget.*



CONSIDERATIO XXXII.

VULNERA REDEMPTORIS

Opus nostræ Redemptionis.

Omnes Christi actiones sunt opera nostræ Redemptionis: cum enim & omnes collectim, & quolibet sigillatim sint infiniti valoris propter dignitatem Diuinitatis, sunt causa meritoria salutis nostræ. Vt modo speciali Vulnera Christi dicuntur & existunt opus salutis & Redemptionis nostræ: addunt enim vicinum complementum antecedentibus totius vitæ Christi meritis. *Quod potuit gutta, voluit vnda, ait sanctus Bernardus.* Poterat vnâ Sanguinis guttâ, imò vno passu, vno oculi gyro nos redimere; attamen ad ostendendum thesauros Bonitatis suæ & Amoris infiniti, quidquid fecit, & passus est toto vitæ tempore, id omne ad cumulatum completæ & ad æquata nostræ Redemptionis adicere voluit. *Oportuit pati Christum, & ita intrare in Gloriam suam. Et factus obediens vsque ad mortem Crucis. Et per Passionem consummauit omnia.* Hanc etiam ob causam post recepta sanctissima in Cruce vulnera, & non ante, clamauit & dixit: *Consummatum est.* Quasi diceret, ex hac hora depositum est omne capitale meritorum pro salute hominis: effusum est pretium necessarium in Redemptionem animarum iuxta ordinationem & voluntatem mei æterni Patris.

2. Alia adhuc adest ratio cur nostræ Redemptio specialiter attribuat vulnibus Christi; quia, nimirum, ipsi attribuitur ex genere operis, vt docet S. Thomas, vni cuiusque rationi & acquirenti conforme est, vt, qui vitam suam alterius causa perdit, hanc pro sua adipiscatur & mereatur. Et vt vitam nostram acquirat & possideat Apostolus, Saluatorem voluisse perdere propter: *Pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuunt, sed ei, qui pro ipsis mortuus est.*

3. O pietissima & sanctissima Christi vultus animas eo redemistis sine, ut à morte peccatorum ad vitam Gratiae & Gloriam, per vos & vobis vultus hanc animam meam, ut potè mancipium peccatorum demptum, offero: vobis cor meum, substantiam omnia dico & consecro. Et quem admodum & per vos vivo; ita impetrate mihi, ut per vos operer, & omnia, quaecunque illa sint, dirigam in rem Diuinæ maiestatis vestræ Gloriam,

CONSIDERATIO XXXIIII

VULNERA CREATOR

Beatitudo Creatura.

1. SI quis hic in tertis paradysum obinere profectò gauderet, qui in Christi vulneribus sceret. Beatitudo Patriæ consistit in gaudio beatitudo viæ in patientia Christi: & hæc patientia tribulationibus ad exemplum Christi acquiritur sua præsentia & memoria vulnerum Salvatoris. alibi beatitudinem adinuenire sperat, toto corde & decipitur cum S. Petro, qui in monte Thabor beatitudinem reperiri credebat: vnde & dicebat

Matth. 17.

est, nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula tibi, & tuum, Moysi unum & Elia unum. Ve unum hoc Evangelista: nesciebat, quid diceret, volens in beatitudinem Petri nec rationi, neque proposito quædam neque Petrum rem iustam postulare, ut potest, quæ doctrina vulnerum Christi, nondum publicata, adhuc impressa, non sat bene imbutus erat.

2. Audite, quando accuratius hanc doctrinam præcipit sanctus ille Doctor, postquam in secunda inquisitione, à Magistro suo S. Francisco publicata est. *Bonum est nos hic esse, nimirum, inquit S. Bonaventura, vulneribus Christi: & faciamus hic tria tabernacula, unum in Pedibus, unum in Manibus, aliud in corde. Latere: ubi volo quiescere & vigilare, bibere, cenare.*

*In Stim.
Divi. A.
mor. et.*

*ipſi adorare, & omnia mea negotia pertractare: ubi loquar
ad eor eius. & ab ipſo, quod voluero, impetrabo. Et in ta-
bernaculo vel habitaculo Pedum ſimul cum Magdalena
requiram peccatorum meorum remiſſionem; in taber-
naculo Manuum ſimul cum S. Ignatio Loiola, per exer-
citiū virtutum, quaerā ſemper maiorem Chriſti glo-
riam; & in tabernaculo Lateris Chriſti ſimul cum ſan-
ctiſſima Matre eius per viam Amoris totum me trans-
formabo in infallibilem Diuina voluntatem. Et hęc
erit requies mea in ſempiternum: Vbi paſcar à vulnere, la-
bor ab ubere, & miſcebo lac Matris cum Sanguine Filii:
& hac erit dulciſſima poſio mea in vitam æternam.*

S. Bonav.

3. Adamus Protoparens noſter, ſi in paradifo terre-
ſtri perfeueraret in ſtatu innocentie, vltra gratiam in-
ſtitie originalis infallibiliter obtinuiſſet futuram cœli
Gloriam: & qui habitat in cœleſti paradifo Lateris Chri-
ſti, præterquam ſe perficit in Gratia innocentie, secu-
ram certamque habet ſpem Gloriz, in futura vita. Cer-
ta, atque ſecura eſt expectatio promiſſæ beatitudinis
(aſſent. S. Leo Papa) vbi eſt participatio Dominice
Paſſionis.

Serm. 9. in
Quadrag.

CONSIDERATIO XXXIV.

VULNERA JESU.

Confortatio in Aduerſis

1. Nulla in orbē tam vehemens reperiatur amaritudo,
quam conſideratio vulnerum Chriſti non mutet
in dulcorē: ipſa quoque conſolatio interna, quam
cauſant vulnera Chriſti, tantum eſt virium, vt ſuperet
& dolore exarce: externam mortificationem. Ideo, vt
ait D. Bernardus, voluit Chriſtus oculos in ſua ſuſtollere
vulnera, vt exemplo ſui reddat ad tolerandum fortiorē.
Non erubuit ſua vulnera miles, qui ſui Ducis vulnera
inuenit. Perſona quædam in magnis conſtituta au-
guriis & tribulationibus audiuit vocem ſibi dicentem:

SUR

Surge, & cogita vulnera mea, & hac cogitatione men percepit, merorem abiecit.

2. Accipe consilium Spiritus sancti: *Abfissa. I. fossa humo à face furoris Domini. Teropore tribulationis quæ tibi prouenit, vel à Deo, vel ab hominibus, intra cauernam lateris Domini, & illam non teret.*

1. Alius qui à Religione reuertebatur ad seculo Christo his vocibus in proposito confirmatus: *Omne asperum intinge in latus meum, & erit tibi Tribulatio, solebat dicere S. Catharina, similes sunt tibi Christi sanguine intingendus.*

CONSIDERATIO XXXV.

VULNERA CHRISTI

Mors peccati.

1. **U**na vulnerum Christi memoria tanta virtute, ut quemadmodum à luce tenebræ, & tunc sic ab ea pellatur & destruat omne peccatum. *Rom. 8. dato damnauit peccatum, inquit Apostolus, & dicitur suis vulneribus, hoc est, sacrificio pro peccato immolauit & destruxit peccatum. Et S. Bernardus ait: Virtus vulnerum Christi, ut ad eorum memoriam peccati & mortis fugatur exercitus.*

2. Memoria vulnerum non destruit dicitur peccatum, sed etiam mortificat prauas inclinationes, & cupiditatem peccati. *2. Cor. 4. Vbi mors Christi (inquit Dionysius) animo circumfertur, nulla potest concupiscere peccati. Et quemadmodum Gratia, quam promeruerunt vulnera, mortificat hanc concupiscentiam; ita & horum vulnerum memoria in nobis mortificat, ut distam mereamur Gratiam.*

3. Eadem memoria fugat & vincit Demones. *Magdalenam in deserto vehementer à Dæmone pugnata apparuit Angelus mutauit Crucem, qua viscebantur quinque vulnera & Passiones. Hanc erexit & posuit ad ostium speluncæ; et quæ*

pare immunis fuit Magdalena ab insultibus & tentationibus Dæmonum.

CONSIDERATIO XXXVI.

VULNERA JESU.

Media Prædestinationis.

Communis est Sanctorum Doctrina, nostram prædestinationem non esse simplicem, sed ex duobus compositam. Hinc uerò prædestinati sumus ad Crucem simul & ad Regnum; ad Patientiam Christi, & gloriam Dei; ad dolorem sanctissimorum vulnerum, & ad gaudium illorum: ad prius tanquàm ad medium; ad posterius ceterum. Hæc doctrina eruitur ex Verbis Apostoli *Prædestinasti nos conformes fieri imagini Filii sui.* Prædestinasti nos Deus ad gloriam, simulque ad conformitatem & imitationem Christi Filii sui. *Rom. 8.*

2. Ex hoc principio deducuntur aliquot conclusiones. Primò, si Deus uerè nostrum ad Crucem dirigit, lætemur; signum namque est, nos quoque ad Gloriam directos ac prædestinatos esse. Quod si crux, ad quam dirigimur, magna est, magna quoque erit Gloria. Secundò, tribulationes, quæ nobis eueniunt (excepto peccato) quia sunt med'ia ad Gloriam directa, ueniunt de manu Dei, easque uoluit, approbavit, & ab æterno ordinauit. Eas, regatas à Deo nobis donatas, decet nos æstimare, acceptare, amplecti, & amore prosequi, non minus atque ipsa Gloria nobis chara est. Tertiò, Non est tempus in hac uitæ uellendi clauos, ait D. Augustinus, sed perseuerandi sub clauis in Cruce cum Christo uulnerato: etenim totum uitæ præsentis tempus destinatum est cruci, seu pignori & arthæ futuræ Gloriæ.

3. Quapropter S. Apostolus Paulus septus undiq; tribulationibus; sed consolationibus recreatus & roboratus merito exclamabat: *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra; nouerat enim, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem spem, spes uerè (scilicet præmii Gloriæ tribulatio promissi) non confundit.* *2. Cor. 7.* *Rom. 5.*

CON.

CONSIDERATIO
XXXVII.Nazaren.
Custos.
Hebr.VULNERA JESU
RENI*Scrinia pretiosa.*

1. **D**euster Opt. Max. summâ providentiâ
vulnerum abscondit thesauros gratiam
lori gemmarum non deesset Sanguinis pretium
Isa. 51. non habetis argentum, venite, emite abiquo
2. yran. rio videlicet temporalis; sed auro puro & pre-
guinis Saluatoris.

2. Neque hîc subsistit liberalitas Dei nostri
occlusa vulnereum scrinia, sed aperta. Accur-
Apo. 37. nanter animæ deuotæ, priusquàm claudat, op-
Ezech. 22. riat: *Opes, & pretium accipiente*: Nunc
scrinia misericordiæ; veniet tempus, quo erit
Justitiæ.

3. Infœlix admodum exitit fors illius qui
& amorem diuitiæ planè inuaserant & rapta
propterea post mortem sine corde inuentus
cor eius vna cum pecuniis scrinio inclusum
fœlicissima erit fors tua, si ex affectu, quo ardere
Matth. 6. ra Christi, morieris sine corde, & cor tuum
fuerit, vbi est thesaurus tuus, in mysticis, p
vulnereum Christi.

CONSIDERATIO XXXVIII.

Iesus, Pat-
rens.

VULNERA JESU

Testimonia perpetui Amoris

1. **S**I vulnera Jesu interuentu mortis finem delin-
slow, non iam dederunt Amori. Anno 1711

velut in corde etiamnum viuente illum conspiciatis
Amorem? Ea, quæ Amor aperuit vulnera in vita, nunc
aperta ante Patrem nostri causâ conseruat. *Charitate*
perpetua dilexite. Perpetuâ, quia ab æterno cœpit nos *Jerem. 31.*
amare, & amabit in æternum.

2. *Iesus Christus heri & hodie ipse & in secula.* Amor *Ad Heb. 13.*
Christi Domini nostri idem est in æternitate, qui fuit in
vita temporali. Unde idem Christus reuelauit sanctæ
Mechildi, quod eodem aff. Tu, quo se in sacrificium
pro nobis in ara crucis obtulit, etiam nunc ad dexteram
Patris stans offerat. *sicut hostiam in ara crucis me al.*
quando obtuli; sic adhuc eodem amoris affectu assisto Deo
inter peccatores. *Blos. monit.*
Spir. c. I.

3. *Quid retribuam Domino? quid faciam, vt corre.* *Psal. 115.*
non nec possim tantæ charitati, infinitæ in esse, seu
substantiâ suâ, infinitæ in duratione? *Calicem saluta-*
ri accipiam. O pia dulcissimi mei Jesu vulnera, æter-
na Amoris eius testimonia, sancto me sauciate Amore,
quo exarscâ in piensissimum illum Amantem, vt, quia
cum ab æterno amare non potui, saltem amem ipsum in
æternum, offerendo perpetuo huiusmodi Amori perpe-
tuum cordis mei tributum.

CONSIDERATIO XXXIX.

VULNERA VERBI

Medium impetratiuum.

1. *Medium* seu motiuum, ad quascunque gratias no-
bis necessarias impetrandas à Patre æterno, effi-
cissimum est, easdem petere per vulnera dilectissimi
sui Filii. Hoc ipsum nobis promisit Christus illis ver-
bis: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo (id est propter*
me, & propter vulnera mea) dabit vobis. *Ioan. 14.*
Quando quis
Regi supplicâs nullum apud habet ipsum meritum, in me-
moriali suo Patris exhibet merita. Nihil à Deo nobis
concedi petimus propter merita nostra, quia nulla ha-
bemus; sed quæcumque scem, magni etiam momenti,
per
d d

per merita Patris nostri postulamus, qui esse non est solutus, nec vnquam ei satisfecit potest.

2. Hoc motuum frequenter in efficacibus moralibus exponere & allegare solebat Indolens stolus Franciscus Xauerus, quando Deum requirebat; & tanquam bonus negotiator, cœli commercia tractare nouit, meritò Solebat is orare in hunc modum & formatum: *Christe, Deus cordis mei: per quinque illa vulnera tua, quibus in Cruce nostri Amor infixi, tuus famulus precioso Sanguine redemisti. O Jesu amor cordare pia tua Vulnere ab Amore aperta nostris necessitatibus succursum impetrare, & non igitur eos, quos tam caro redemisti precationem & interitum nunc abire permitte.*

3. Vulnera non modò supplicant, impetrant misericordia; verùm etiam attollunt voces, & ex iustitia: quia id, quod est gratia compensationis, respectu Sanguinis Christi iustitia est. O Pater æterne, cuius misericordia adhibetur est in succurrendo nostris miseris; tardantur iustitia tua in compensandis meritis? Sed exercitum exercendi vtramque, & remittendi peccata merita vulnerum mei dulcissimi Jesu.

CONSIDERATIO XL.

VULNERA JESU

Incentiuum Charitatis.

1. **E**X solo sanctissimorum Christi vulnerum sentit se anima accendi subitò & colla-
S. Aug. Charitate & Amore Dei. *Patent viscera per vulnera*
S. Bern. *et arcanum cordis per foramina corporis. Quomodo*
 durabitur cor illud, quod videt cor Christi crucifigum
Psal. 21. liquefieri in illa fornace Charitatis? Quomodo
 cludentur viscera, quæ illa Dei sui sibi prodiguntur

...quod? Tantò maior erit ardor, quantò attentius
 ...conemplata fuerit; iuxta Apostoli consilium, pene-
 ...tando, quanta sit longitudo, latitudo, profunditas &
 ...limitas vulnerum. *In Charitate radicari & fundati.* Ephes. 3.
 ...Eccè medium, ut possitis comprehendere cum omnibus
 ...Sanctis, qua sit longitudo, latitudo, sublimitas & profun-
 ...ditas. Illæ namque lætæ manus vulneratæ per totam æ-
 ...ternitatem cunctis ocludunt profundum Inferni carce-
 ...tem, & portas sublimis ac fœlicissimæ Hierusalem ape-
 ...riunt.

Ephes. 3.

2. *Igitur vini mittere in terram.* Venit Dominus ad *Luc. 12.*
 ...accendendum & inflammandum Mundum igne Divino A-
 ...ronis. & hic ignis prodit ex quinque fornacibus accen-
 ...tis, quæ sicut Divina vulnera. Qui vultis ab hoc igne ac-
 ...cendi; ascendite ad Divina vulnera, & inflammini.

Luc. 12.

3. Vno eximie sanctitatis, inter precandum, medium
 ...efficacissimum pro excitando in se amore Divino flagi-
 ...tanti respondit Christus, ut se in meditatione Humani-
 ...tatis suæ vulneratæ, ac in Passione lauciatæ exerceret. si-
 ...quidem in illa mirum in modum respiciet Charitas

S. Herman?

...Dei, sicut Sol in suo splendore, sicut rosa in suo odore, &
 ...sicut ignis in suo ardore: *Exerce te in Humanitate passio-
 ...nata & vulnerata: nam in ea maxime lucet mea Charitas,
 ...non aliter, quàm Sol in suo splendore, rosa rutilans in suo
 ...ardore, ignis vehemens in suo flagranti astru & ardore.*

CONSIDERATIO XLI.

VULNERA DEI.

Lux occulta & manifesta.

...in manibus abscondit lucem, & precipit ei, ut iterum
 ...adveniat. Claudat & aperit nobile lumen vulnerum *Iob. 38.*
 ...in manibus suis Christus. Infelix & miser est ille, quem
 ...Lux tam nobilis subterfugit: beatus, cui affulget. Ille ob-
 ...scuro, hæc referatur paradisu: illi eripitur, tunc com-
 ...municatur Deus: ille tenebrarum, hic veræ lucis evadit
 ...filius.

dd 2

2. Au

VULNERA
 DEI
 LUX
 OCCULTA
 &
 MANIFESTA

2. *Annunciat de eo amico suo, qua possit ad eam possit ascendere. Revelat Deus amicitiam in illis vulneribus sit thesaurus noster; & per suam nos ad illius fruitionem & possessionem æternis illis diuitiis gaudere valeamus.*

3. *Et lumen illius super terminos terra. Cuius pulchritudo lucis illius exuperat omnem terrarum puritatem & christudinem. Ad illam aspirant cuncta nobilitaria, in illa nostra fixa sint corda. Cum illa habemus huius vitæ tenebras, quouique obstruimus fixerimus in luce æterna.*

CONSIDERATIO
XLII.

*Iesus Par-
cens.*

VULNERA JESU

Sors beata.

1. *Solum in manibus Christi perforatis & vulneribus nostris reperitur: Deus meus est tuus in meis vulneribus. Sors Sanctorum consistit in gloria. Qui dignos nos fecit in partem sortis in lumine scilicet gloria.*

2. *Fœlix & beata sors Sanctorum: Sanctorum cum Sanctis esse, & esse sanctum! Deum habere in æternum, & vitæ. Vocatur hæreditas Beatorum, partim, quia olim sorte datur inter hæredes hæreditas: partim etiam, quia illis nostris meritis legit nos ad salutem.*

3. *Ponunt nonnulli bonam suam sortem in fortuna, & beatos se existimant, si præiatis bonis: alii in bonis & gratis natura triumphantes cum Dauide omnem meam sortem in Dominis manibus eiusdem manibus in scuto locabo. In vulneribus tuis sortes mea: Obsecro te, Domine, per cuncta vulnera, reperiam in Manibus tuis sortem, non sinistram, sed dexteram; non sortem mortis, sed sortem serui, sed filii, & hæredis.*

CONSIDERATIO XLIII.

VULNERA VERBI.

Amor sanctissimæ Trinitatis.

Quod in vulneribus Christi, secundum sanctum Augustinum, præcipue considerandum, est *ar-
bitratu in Sanctissima Trinitate*. Hinc agnosces,
quantus sit Amor Patris, qui proprio Filio non pepercit, *Rom. 8.*
et pro nobis tradidit illum. Quantus amor Filii, qui
dixit: *Hic plagatus sum in domo eorum, qui diligebant Zach. 13.*
Quantus Amor Spiritus sancti, qui Christum ad
patendum pro nobis mouebat & accendebat. *Agaba. Luc. 4.*
et ad Spiritu sancto.

2. Amor sanctissimæ Trinitatis præcipue consistit in
vulneribus sacratissimis Christi. Unde sunt motiua
magis liberalitatis Dei erga nos, quibus Deus mouetur
ad liberaliter fundenda in nos dona. Ac propterea do-
cent Theologi, quod omnia dona Gratia effectus sunt,
& premia vulnerum & meritorum Christi.

3. Si cupis à Deo diligi, ama vulnera Christi, com-
motare in sacris illis caueris. Deus non nisi oculis
vulnerum Filii respicit: sic tu non aliis, quam oculis
eorundem vulnerum, & sanguine vulnerum Christi tin-
ctum Deum respice.

CONSIDERATIO XLIV.

VULNERA JESU.

Signa & Nuncia pacis.

1. Consideratissimum ille nuncium pacis inter Deum
& hominem attulere Mundo sanctissima Salua-
toris vulnera. Pax vobis, dixit Christus post Resurre-
ctionem suam ad Discipulos, & continuo ostendit eis *Ioan. 20.*
dd 3 vul-

vulnera: Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus. Quasi vellet dicere: si vobis grata est unitas gratias rependite eius Authoribus, Vulnera ostendo.

2. Vera pax, secundum D. Augustinum, est in visione Dei: Pax in visione sanctissima Trinitatis. *Apo. 3.* autem vulnerum effectus est. Collyrio (Sanguinem) iunge oculos tuos, ut videas beatificationem Divinam: Gloriam.

3. Uniuersum in vulneribus Christi iustitia & misericordia aduerfabantur: iustitia & pax operum. Eadem namque vulnera satisfaciunt. Iustitia nobis pacem & misericordiam conferuat. Quam robor iustitiam, quæ maior misericordia ipsorum est Vulnerum, ubi mors à Filio innocente expulsa verò rebellis condonata fuit?

CONSIDERATIO XLV.

Nazaren.
Custos.
Hebr.

VULNERA JESU NAZARENINI

Exedra cælestes.

1. *Paral. c. 9. & 28.* Exedre Templi in sacra Scriptura ad triplicem ducebant finem: ad habitationem, ad custodiam thesauros in Sanctuario, & ad consecrandum altaria sacras.

2. Vulnera Christi exedra mysticæ viui Templi sunt felicissimæ animarum habitationes, ubi thesauris Sapientiæ & Scientiæ Dei, & ipsa medietate, quæ est sanctitas per essentiam.

3. *Paral. c. 28.* Sacerdotes Templi, ut eo promptiores Diuinum famulatum & seruitium, in exedra morantur die ac nocte. Et anima, quæ se totam impendit & impendere cupit Diuino obsequio, habitat in vulneribus Christi. Ibi à graui carnis seruitute libera suaue Christi iugum parata redditur: & dum

Etque Divinis sese occupat laudibus, experientia pro-
bat Divina vulnere, non terrenas, sed coelestes esse
credas: liquidem nec diturnitate temporis, neque
laboru gravitate & difficultate à dulci & suavi Christi
obsequio impediri, aut retardari potest. Et quemad-
modum illæ exedræ vocabantur *Sanctorum thesauri*;
ad eundem modum Vulnere Christi appellabimus the-
saurus Sanctorum, veris bonis nos ditantes: thesau-
ros, qui non amittuntur in terra; sed nos comitantur in
caelum usque, nosque beatos efficiunt in Gloria.

CONSIDERATIO XLVI.

VULNERA CHRISTI.

Zelus Animarum.

Medium efficacissimum in nobis zelum anima-
rum excitandi est attenta & deuota consideratio
vulnere Christi. *Vulneratus est propter iniquitates nos. Isa. 53.*
Iste, vt ab istis animas nostras liberet & saluet. Ea
nilominus in cælo etiam retinere voluit, vt apud
Deum & Sanctos essent media salutis nostræ. Itaque
si amas Christum vulneratum, eius scopo & fini salutis
animarum cooperari debes, procurando vt omnes eo-
rundem vulnere participant efficaciam.

1. Considera cum Augustino in vulnere *Dolorem*
& *Amorem*, quantum pro qualibet anima dolorem ex-
hauitit, quantum dilexerit. *Ad suscipiendum*,
exemplo Christi, *pro salute animarum omnem dolorem*,
& *contemnendum omnem alium amorem*. Talis sit & ze-
lus tuus, quo spernes omnem amorem, & omnem sup-
portabis dolorem,

2. Eadem consideratione Christus piam quandam *S. Luigry*
animam roborauit. Apparuit ei in forma Crucifixi,
vulnere recensia, sanguinem stil-
lantia, dixitque: *en contemplantur, charissima, vt vul-*
dd 4 *neris*

vera mea clamant ad te, ut te in salutem animarum
pendas, ne frustra sanguinem fundam, & pro
mortem perpeffus fim. Eandem ob causam
Apostolos in Mundum ad prædicandum dicitur
ostendit eis manus & pedes, ut ex Vulnerum
virtuteque cum feruorem acciperent, qui prædicandi
bus necessarius est; ac si etiam dixisset: Videte
deus, qui ut animas fugiuas assequerentur, pedes
rum transferunt cuspides; videte has Manus, quæ
vsque se extenderunt, ut easdem attingerent
prehenderent: & ut cordibus obstinatis rebelles
venirent, non recusarunt amplexari Crucem.

CONSIDERATIO XLVII.

VULNERA JESU.

Idea Martyrum.

Clemens
Alex. 4.
Strom.
1. Petr. 2.

1. Quamuis Martyrum martyria exemplaria
uersationis gloriose sanctificata, attamen
pta sunt à primo & anteriori exemplari, & per
omnis martyrii Christo, Passus est pro vobis, ut
quens exemplum, ut sequamini vestigia eius.

S. Ambr. in
Luc. 22.
Tertul. lib.
de patient.
c. 3.

2. Christus nobis in exemplum priuari voluit
tione Deitatis, & saginari voluptate patientia.
gaudia cæli, & in prædam se dedit tormentis &
rum doloribus. Hoc exemplar intuentes
tormenta sua delicias reputant, & in vniuersis afflictionibus
requiem & voluptatem suam adinueniunt.

B. Laurët.
Iustin. de
triumph.
agone
Christic.
21.

3. Idipsum exemplar intuebatur Virgo Virginitatis
Regina Martyrum, quando stabat iuxta Crucem
teris vulnus contemplabatur attentè, ingrediebatur
Manuum Pedumq; foramina, egrediebatur ad
corporis membra. & ubiq; mæroris inueniebat
Clarissimum Passionis Christi speculum effectum
Virginis: & sicut ceteros præcellabat gratia
tate, & merito; ita dolore, cruciatu
& poenâ.

CONSIDERATIO XLVIII.

VULNERA CHRISTI.


Incentiuum Martyrii.

Ultra sanguinem non licet ad Verbum accedere. Clem. A.
 Croore respersum adamant oculi Incarnati Nu lex.
 Sanguis eius clamat & postula sanguinem, vul-
 nera, cicatrices. Est sponsus Sanguinis, non solum nos Exod. 4.
 sanguine redemit, & sanguine subarrhavit; sed vultet-
 tam nos sponsas sanguinis: neque cum alia in his Spon-
 salibus depollulat nos veste, quam cum veste aspera san- Apoc. 19.
 guine.

1. Sunt vulnera Christi veluti totidem ignitabula,
 quibus petra cordis nostri affricta accenditur in Marty-
 rii desideria. Benedicta vulnera, ferite brachio con-
 tento & tam efficaciter cor meum, tantumque in me
 martyrii amorem succendite, vt abundantior mihi do-
 lor sit caruisse martyrio, & absentiam carnificis suppleat
 torquendo desiderium.

2. His agebatur stimulis & incentiuis Pauli pectus,
 dicebat: Caritas Christi urget nos. Illa, nimirum, 1. Cor. 5.
 Caritas ostensa nobis in vulneribus Christi, quæ nos
 urget & impellit: & si unus mortuus est pro nobis, ergo
 omnes mortui sumus, & libenter ei commoriamur.

Vulnera Christi ferro percussa, plusquam ferrum cor
 nostrum concutiunt, & sancto suo Amore id feriunt,
 tali modo, vt qui eis se coniungere & vnire nequit me-
 diante morte compendiosa, iisdem semper
 vnitus viuat in diuturno quodam
 martyrio.



VULNERA
 CHRISTI



VULNERA CHRISTI


Fortitudo Martyrum.

1. **H**Æc fortitudo, iuxta S. Bernardum, acquiritur
S. Bern. in deuota & continua meditatione vulnerum
Can. serm. toris: *Inde tolerantia Martyrii prouenit, quod in*
61. vulneribus tota deuotione versetur, & iugiter
 demoretur. Et rationem subiungit: quia
 si exul a corpore dolores non sentias corporis. Non
 enim propterea redditur insensibilis, vnde proferre
 submititur enim sensus, non amittitur, nec dicitur
 sed superatur, sed contemnitur: & non facti huiusmodi
 amor. O felix transitus a vulneribus corporis
 ad vulnera corporis Christi, a corpore mortali
 ad corpus vite. Si in semetipso habitaret Martyr
 rum profecto sentiret, succumberet, negaret: &
 commorando in Corpore & Vulneribus Christi
 ueritatem, dolorem nescit, & inuictus petitiuam
 fortissima confessionis.

2. Neque victus fortitudinis superare poterit
I. 2. q. 7. a. 7. rem mortis, nisi intellectus per fidem illumina-
 getur, & solidet voluntate quadam efficaci ratio-
 ne quas efficacissimum est exemplum Christi.

Heb. 12. sicut sibi gaudio sustinuit Crucem.

3. Considera in Christi vulneribus eius fortitudinem
S. Bern. c. 7. in aggreduendo, tolerando, subiugando se
 ut sanctus inquit Bonauentura. Et hanc fortitudinem
 imitabere, aggreduendo & tolerando omnia
 & acerbis, & subiugando omnes
 animi tui appetitum.



CONSIDERATIO L.
VULNERA JESU.

Confortatio Martyrum.

1. Accipit Martyr à vulneribus Christi exemplum & B. Lauz. Modicum sine adiutorio proficeret *lust.*
exemplum (inquit B. Laurentius Justinianus) Ab ipsis in-
firmitur, ab ipsis prouehitur. Deinde subdit: Et cuius
passionem non emolliant vulnera Saluatoris? Et quis
patitur patiente Domino?

2. Ad debellandas passiones nostras nihil opportu-
nis Passione Christi. Passio passione vincitur, & crucia-
tus cruciatibus superatur: nam dolorem serui dolor lenis
Domini.

3. Ex thesauro Vulnerum Christi ditata Martyris ani-
ma superat, euincitque promissa & minas Tyranno-
rum. Inradabilem intus possidet thesaurum, Christum
Dominum reconditum habet in pectore. Propter quod in-
scopulis esse conspiciuntur exterius, & consideratio tam præ-
cipua, tanque vehementissima charitatis vinculas suauifi-
cat passiones, & omne leuificat tentationu pondus. Diui-
te vulnerum Christi vilipendunt thesauros, & suauitas
exeruat tormenta.

CONSIDERATIO LI.
VULNERA CHRISTI.

Gaudium Martyrum.

1. Aureola Martyribus debita est gaudium animæ
propter conformitatem & similitudinem ad vul-
nera Christi. Gaudium de Christo est in celo, quia occi-
sus est in salutem hominū. Et gaudium de Martyre erit,
quia occisus est in obsequium Christi. *Apoç. 14.*

2. Hæc

S. Thom.

Add. ad 3.

p. q. 96 art.

1. & 6.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

1. & 3.

2. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus salutis*. Hoc potissimum verificatur de Martyribus; quia vulnera, quae ipsos in terris dolore confecerunt, in caelo diuino nouo afficiunt.

3. Christus mediantibus vulneribus suis patientia in hac vita, & eorundem interuentu in caelum patientia in altera. Quapropter Gregorius Nazianzenus sic nos exhortatur: *Per passiones imitemur, per sanguinem honorem* in caelo senti vita, ut in futura non amplius per passiones sanguinem, sed per exultationem & gaudium sentiantur & glorificentur Vulnera & Mors salutis.

CONSIDERATIO LII.

VULNERA CHRISTI

Gloria Martyrum.

1. **G**ratia priuilegiata Martyrum, per quam mittitur tota poena & aeterna & temporaria culpa, est effectus sacratissimorum Vulnerum Christi, quia Martyrium hanc meretur gratiam, in quantum quaedam imitatio & representatio vulnerum Christi. Et si Sacramentum Baptismi hac gratiam praeferat; quia est representatio mortis Christi mystica & figurata; quanto magis capere debet Martyrium, quod est vera & realis representatio. Ab iisdem Vulneribus Christi, in quantum illi imitantur & imitantur sancti Martyres, alia diuina priuilegia in ipsum Martyrium. Recipit Martyrium gratiam Fidei, Fortitudinis, Charitatis: praeferuntur quoque praxi & exercitio martyrii. Considera, quae in Martyrii ac emolumentum sic imitatio Vulnerum Christi.

2. *Vidimus Iesum per passionem mortis gloriae coronatum.* Christus est glorificatus, quia vulnera non coronare membra: atque ut vulnera in honore & gloria in Christo causa: sic & in Martyribus.

quò magis ad suum prototypum accesserint. *Laur. In-*
 ignominia vulnerum couertitur in gloriam trium. *stin. de li-*
 phi. Sed quinquam liuorem vel plagas pro honore coelestis *Regnum*
Regnum susceperit; in futuro Iudicio miles gloriosus gno vita. c. 5.
 non apparbit.

3. Accipiet (sanctus Martyr) Regnum decoris) aurei Sap. 5.
 diadematis) speciei (Auricolæ) de manu Domini, puta,
 Christi. Hinc te meminere coronandum illâ, videli-
 cet, man, quæ prius crudeli ferro terebrata & vulnera-
 ta fuit.

CONSIDERATIO LIII.

VULNERA JESU.

Gloria B. Virginis Mariae.

Hi plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Zach. 13.

Si illi, qui non vulgari amore Christum profe-
 cuntur, hæc ei vulnera impresserunt; Beata Virgo,
 quæ palam in amando Filio reportauit, prima est vul-
 nerum causa. Primò, formando & subministrando
 carnem & sanguinem. Secundò, conformando se
 volentem Patri & Filii. Tertio, desiderando exal-
 tationem, gloriam & honorem vulnerum.

2. Si desiderium Matris est gloria Filii, & gloria Filii
 recendat in gloriam Matris; præterea, si inter Matrem
 & Filium amor reciprocus reciprocam efficit gloriam;
 utique desiderium Mariæ fuit gloria vulnerum, & glo-
 ria vulnerum gloria Mariæ, & amor reciprocus reci-
 procum reddebat honorem.

3. Gloria Mariæ vulnera Iesu. Si vulnera fuere at-
 gumenta euidentia Diuinitatis in Christo; testimonia
 quoque fuere Maternitatis in Matre. O chara & bene-
 dicta vulnera, quæ Christum declarastis Deum, & Ma-
 trem eius veram Dei ostendistis Matrem; & me quoque
 declarate verum Christi fratrem & filium Mariæ

Virginis: sic enim ipsi maior
 accrescet gloria,

CON-

CONSIDERATIO
LIV.

VULNERA DEI

Gloria Vniuersi.

1. **Q**uemadmodum Christus nostram assumpturam, cum ea sibi vnioit hoc vniuersum in ea continebatur: ita per vulnera glorificando naturam humanam, omnes in ea creaturas glorificauit. Vulnera Christi gloria Mundi sunt: quia per vulnera purgatur à peccati corruptione, liberatur à filiorum tenebrarum, & renouatur in nomine propter filios lucis.

2. Vulnera Christi gloria creaturarum humanarum. Per illa consequuntur suum finem, solidantur, biliuntur supra mutationem temporum in æternum, & sic suam attingunt perfectionem.

3. Vulnera Christi sunt gloria omnis gloria Dei est per pulchra lux Solis, ornatus Cæli elementorum; vulnera ipsa sunt gloria omnis Dei. Illa adumbrant, hæc manifestant Deum: sunt radii Diuini Solis, hæc ipsissima lux: illa sunt pedum, hæc faciei. Omnia sunt gloria, & esse emittunt gloriam, quæ ab eis capiunt. Vos igitur estis, quæ sola gloria Dei, & à vobis aut per vos omnia eius est, & procedit gloria.



CONSIDERATIO LV:

VULNUS LATERIS
CHRISTI.*Porta Arca Noë.*

1. Porta, per quam ingressus in Arcam patebat, fuit
 iuxta S. Augustinum figura vulnus lateris Christi:
 Optum in latere, quod Arca accepit, profecto illud est
 vulnus, quando latus Crucifixi lancea vulneratum est.
 Noë & locii, qui per eam portam ingressi sunt, vitam
 contraxerunt incolumem: reliqui, qui per eam non sunt
 ingressi, perierunt aquis diluuii. Quisquis viua fide in
 latus Christi ingreditur, viuet: mouetur, qui ingredi re-
 cusat.

S. Aug. lib.
 de Ciu. d.
 26.

2. Animalia in Arca, deposita feritate naturali, & ini-
 micitiis intestinis, conueniebant pacifice: Noë verò &
 filii intendebant contemplationi Diuinæ. Passiones
 nostræ & affectus partis inferioris in latere Christi con-
 cordes sunt, mansuescunt, & viuunt in pace; poten-
 tiz verò partis inferioris in illa sua quiete sese erigunt ad
 celestis Gloriæ contemplationem.

3. Non est egressus Noë ex Arca prius, quam aquæ
 diluuii recarentur: vique eo tutior esset, rogauit
 Dominum, vt portam deforis obsetaret: *Inclusitq; eum
 Dominus deforis.* Felicitate, si eadem doneris for-
 te; vt quamdiu turbulentiæ huius Mundi aquæ impe-
 rant, inclusus manéas in vulnere Christi, nec sinat te
 inde vnquam egredi, donec ad cœlestem deductus
 montem Sinai tranquillitate frua-
 ris æternâ.



CON-

CONSIDERATIO LVI.

VULNUS LATERIS
CHRISTI.*Refugium Peccatorum.*

Psal. 116.

Montes excelsi cernis, *petra refugium* Maximi Sanctorum, significati per cernuntur per contemplationem in sublimibus montibus: Inferiores vero & minores, indicati per hoc morantur in petra, quae est Christus, & postea sanctissimo eius latere.

2. Verum sanctius dixerimus, adstruimus iidem Sancti utrobique versentur iuxta diversum factuum. Tempore consolationis, ceu hinc ui, decurrunt immensam Paradisi planitiem ad hanc, quae est viuis fontibus sitim. Desolatam tempore, & ex consideratione peccatorum ceu umida animalia, aut herinacii recurrunt ad praesidium lateris Christi.

3. Sed ut ut sit, tu imitare sanctum comitatum, qui coniugi suae scribendo, dicebat: *Quae uide cupis, quare me in Vulnere Lateris Christi habito, & ibi me poteris inuenire. Illic, si tu copiosum vitae fontem reperies, nec est, quae diuertat: ibidem, si ob peccata tua es animalia & spinosum, certam de venia spem inuenies. In loco fructus petrae refugii, montibus caelestis Paradisi, fonte Gratiae & Gloriam.*



CONSIDERATIO LXII.

VULNERA DEI.

Porta Vitæ.

Voloit Dominus post mortem sibi lanceâ latus aperire, ut indicaret fructum mortis suæ, qui est a-
 perire nobis cæli portam. Quapropter, ut no- *Tract. 102.*
 tat D. Augustinus, non dixit Evangelista: percussit, aut *in Ioan.*
 percussit eius latus, sed aperuit, ut illic quodammodo
 ostium panderetur.

Quisquis hanc portam ingredi desiderat, induat
 vestem militiæ. Hæc porta Domini, iusti intrabant *Psal. 115.*
 in eam. Et dicitur (in eam) & non (per eam) quia si-
 mul est porta & domus seu habitatio, via & vita, me-
 dium & finis.

Ostia huius ostii, qui aperiunt hanc portam, ait
 sanctus Augustinus, sunt Sancti, & inter eos primatum
 tenet Sancta Sanctorum, Regina Sanctorum omnium,
 sanctissima Virgo Deipara; Hæc aperit, & nemo clau-
 dit, & nemo aperit. *Aperi nobis ostium vitæ, Apoc. 3.*
 Mater potentissima! *Ingressi in eam confitebimur Domi- Psal. 117.*
 no, cumque vna tecum laudabimus, Mater dilectissi-
 ma, gratias ei simul agentes ac benedicentes in æter-
 num.

CONSIDERATIO LVIII.

VULNUS LATERIS CHRISTI.

Propitiatorium Arcæ.

Propitiatorium Arcæ figura fuit vulneris lateris *Exod. 25.*
 Humanitatis Christi. Propitiatorium erat ex au-
 ro puro; Arca verò solummodo obducta auro seu de-
 ca auro.

VULNERA
 DEI



aurata: *Facies Propitiatorium de auro mundum*
 Arca verò dicitur: *Et deaurabis eam.* *Aurum*
 Christi essentialiter consistit in corde aperto
 reliquis partibus Humanitatis est solum
 quaedam deauratio.

Hebr. 10. O amoriferum Christi cor, principium
 meriti! *In quâ voluntate sanctificati sumus*
 uerecor, te adoro, & fateor meâ te, veluti
 dante & superfluyente vita in hanc hausisse
 tibi ago, & in æternum reueredo te.

2. Propitiatorium erat thronus Gratia Dei
 enim expediebat Deus memorialia Gratia
 tius fiebat omnibus, gratisque profunde
 nere cordis abundantissime Deus confert
 & Gratia & Gloria. *Adeamus ergo cum*

Hebr. 4 *num Gratia Dei,* uti exhortatur nos Apostolus
 enim in futuro iudicio superent thronus
 solius Iustitiae.

3. *Thomas* 3. Propitiatorium erat Dei oraculum: ex quo
 Deus pandebat voluntatem suam, & in
 responsa. Quisquis cupis audire vocem Christi
 gnoscere eius voluntatem, in cor Divinum
 ista in dubiis consilium exquire, reddentur
 una oracula & responsa: ægumata percepta
 bus corporis nunquam percepta, bene tam
 bus cordis amore sauciati penetrata.

CONSIDERATIO LIX.

VULNUS LATERIS CHRISTI.

Mare rubrum.

Vulnus lateris Christi adombratum est
 rubrum. In mari rubro tuberculi sunt

gyptii: at liberi & incolomes transferunt Israëlita ad Terram promissionis. Quisquis ingreditur mysticum mare rubrum Lateris Christi extinctum & suffocatum videm delent infernalem Pharaonem cum Aegyptiis peccatorum suorum, & liber, non ad terram, sed ad eam promissionis transgreditur.

2. Terrae ad primum intuitum Hebraeos mare rubrum: sed ut ingreffi sunt, terra apparuit arida, & in mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio. Comparuit terra instar floridi campi sine qua, & sine omni obstaculo. Terret in principio incommunicandum mare Lateris Christi propter peccata tua; verum si processeris intus fidendo virtuti sanguinis, fiet tibi campus floridus, & hortus deliciarum.

3. Mutatio maris rubri in campum floridum facta est virtute crucis per Virgam Moysis figurata. Eiusdem Crucis adminiculo, si passus, & compassus fueris vulneribus Christi, in te fiet haec mutatio. *Tristitia vestra* Ioan. 16. *mutetur in gaudium*: mutabuntur in te dulcia Mundi in amaram, & amara in dulcorem, labor in quietem, & gaudium in solatium.

CONSIDERATIO LX.

VULNVS LATERIS
CHRISTI.*Lauacrum cordis.*

Et illud erit fons patens domus David, & habitabit in Zach. 13. *libus ierusalem in ablutionem peccatoris.* Curie, *mea,* ad fontem lateris Christi, ut laueris ab omnibus maculis tuorum peccatorum. Age gratias Domino: siquidem Christus: qui erat fons latens in sinu Patris, factus est fons patens in sinu Matris: fons clausus erat Verbum aeternum in sinu Patris; at fons apertus cepit esse in sinu Virginis; quando Virgo Desponsam Christum, post apertum latus, & cum latere dulcissimo

cc 2 fimo

limo aperto de cruce depositum sinu completum
virgineo recepit.

Psal. 50. Ora & obfera cum Dauide: *Dole iniquitatem
amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccatis
da me. Dole, laua, & munda. Dole hoc
scelera mea maxima & graua. Laua uentibus.
Munda ab omni inordinato affectu &
inclinationibus. Vel dices cum Hugone: Laua
pam, quam non fecisti: laua animam meam, quae
in imagine signasti, munda corpus, quod redemisti.
hic Sanguis non tantum uirtutem ab anima tollit
culas, reducendo eam ad suam puritatem naturalem
sed etiam confert puritatem supernaturalem.
Quod indicare uoluit Dauid, cum dixit: Laua
puritate naturali, & super niuem dealbabor.
supernaturali Gratia: ueluti si daretur aqua
tutis & efficaciae, quae uas samium non solum
garet à faecibus, sed etiam inauraret.*

3. Hic Sanguis, esto per se solitarie consideratus
fuerit meritorius, nihilominus ut libere acceptus
latus, & ad Redemptionem ordinatus à Christo
uiuente, potuit esse, & de facto fuit meritorius
nostrae. Hoc sensu loquuntur SS. Patres. Augustinus
loquens de Sanguine, qui è latere
*lvi. 15. & profluxit, dicit eum effusum fuisse in remissionem
120. torum. Sanctus Leo uocat illum Sanguinem
Epist. 2. c. nu. S. Ambrosius ait: exiuit aqua & Sanguis
26. Christi: illa qua diluat, iste, qui redimat. Ad
denique ille Sanguis & aqua uocantur pretia
demptiois. Itaque adorabis pretiosissimum
qui ex latere Christi profluxit, adorabis a uentibus
cum deuotione & spe, ut remissionem nostrorum
catorum, ut nostrae salutis pretium, ut completam
& ultimam perfectionem nostrae iustitiae &
Deus ordinauit, ut illo compleatur opus salutis
humanae. Quam obrem apposite dixit*

*lib. 1. de
paup. &
Resur.
Christi,*

*Cyprianus: Sanguis ille emanauit ad
plementum perfectionemque
iustitiae.*

FINIS PRIMI LIBRI.